Duo itaqꝫ ex his in imaginatione consistunt: qz solis sensibilib⁹ intrēdunt. Duo in ratione cōsistunt: qz solis intelligibilib⁹ insistunt. Duo vero intelligentia subsistūt: quia solus intellectibilib⁹ intendūt. Sensibilia dico quelibet visibilia z sensu cozpozeo pceptibilia. Intelligibilia ēt dico inuisibilia z hūane ratiōi cōprehēsibilia. Intellectibilia hoc loco dico inuisibilia: z hūane rationi incōprehēsibilia. Ex his ergo ꝓtemplationū generib⁹ quattuoz inferioza versantur maxime in rebus creatis: duo vero supma in rebus increatis atqꝫ diuinis. Itē ex his quattuoz duo supioza versant circa inuisibilia: duo vero infima circa visibilia: atqꝫ cozpozea. Infima nāqꝫ duo pculdubio versant in reb⁹ visibilib⁹ atqꝫ creatis. Duo aūt sūma maxime versant in reb⁹ inuisibilib⁹ z increatis. Duo vero media maxime in reb⁹ inuisibilibus atqꝫ creatis. Maxime idcirco dixi: qz circa inuisibilia atqꝫ creata sunt quedā que ab hūana ratione nullaten⁹ cōprehēdi possunt: z ꝑm hoc inter intellectibiliū numerū currunt: et se ꝑm

hoc ipm ad duo supꝛema cõtemplationũ genera potiꝰ ptinere ostendũt. Similiter circa summa illa ꝛ increata videnꝫ quedã esse hũane rationi puia: ꝛ ſm hoc quidẽ inter intelligibilia deputãda: ꝛ obhoc ipm mediꝰ illis duobus ꝓtẽplationũ generibꝰ maxime accõmodãda. Duobꝰ itaqꝫ primis cõmune hoc esse videꝫ: qꝺ vtrũqꝫ eoꝝ circa visibilia versaꝫ. Verũtamẽ in hoc maxime videnꝫ differre: qꝫ pꝛimũ quidẽ solet sine vllo ratiõis officio impellente admiratione huc illucqꝫ discurrere. In secũdo aũt ad ea que ꝑ imaginẽ in mente versanꝫ: ratio querit ꝛ assignatur: vel pꝛiꝰ familiariter nõ in admirationẽ adducit. Secũdum ꝛ tertiũ hoc habẽt cõmune: sed ꝑ ceteꝛ singulare qꝺ in vtroqꝫ pariter sibi cõmiscerꝫ videnꝫ: imaginatio cũ ratione: ratio cũ imaginatione. Differunt autẽ in eo: qꝫ in scõo q̃dem ad visibilia ratio (vt dictũ est) querit et accõmodaꝫ: in tertio vero ad inuisibilium inuestigationẽ ratio a visibilibꝰ rrahit: ꝛ in illo sepe ex visibilibus ad inuisibilia erudimur: ꝛ alia ex aliꝭ cõijcimus: in isto ex visibiliũ inspectatione ad inuisibilium cognitionẽ ꝑmouemur. Tertio ꝛ quarto cõstat eẽ cõmune inuisibilibꝰ intelligibilibꝰ intendere. Sed in eo vtiqꝫ differre qꝫ in tertio quidẽ miscetur ratio

cũ imaginatione. In quarto aũt intelligentia pura cũ ratione. In quarto ⁊ in quinto ratio ⁊ intelligẽtia in vnũ cõcurrũt: ⁊ in hoc maxie cõueniunt: ꝫ in quarto ex rõne ⁊ intelligentia ꝑuenit. In quinto vero ratio nũq̃ intelligentiã ꝑuenit: sed subsequit: vel vt multũ comitatur. Nã qd̃ ex diuina inspiratione pri⁹ agnoscitur: rationis postmodũ attestatione firmatur. Quinto ⁊ sexto cõiter accidit: qd̃ vtrũq̃ eorũ in ĩtellectibilib⁹ ꝯsistit. Sed quinto q̃dẽ hũana ratio videtur satis cõsentanea. Sexto aũt omnis humana ratio videt esse cõtraria: nisi fuerit fidei admixtione suffulta.

Que sint singulorꝝ ꝓpria: Ca. VIII.

Propriũ est ꝑme cõtẽplationi simplr ⁊ sine vlla ratiocinatiõe visibiliũ admiratiõe inherere. Propriũ est scd̃e visibiliũ rerũ rõni ratiocinãdo insistere. Propriũ est tertie ꝑ visibilia ad inuisibilia ratiocinãdo ascẽdere. Proprium est q̃rte ex visibilibus inuisibilia rõcinãdo colligere: ⁊ ꝑ exptorũ intelligentiã ad noticiaꝫ ignotorꝝ ꝓficere. Propriũ est quinte intellectibilũ ĩtelligentiã rationi admittere. Propriũ est sexte ĩtellectibiliũ intelligẽtiã omnẽ hũanã rationẽ trãscẽdere: ⁊ quasi ab imo calcare. Cũ sit autẽ trib⁹ primis ꝯtẽplationũ generib⁹ cõe: sine imagi-

natione non esse: in ꝑmo imaginatio ꝙsi infra rõnẽ subsistit. In scõo rõnẽ excipit. In tertio imaginatio: ad rõnẽ ascẽdit. Itẽ cũ sit tribus vltimis cõmune sine pura intelligentia non esse in eozũ ꝓmo: hoc est: in quarto ipsa intelligẽtia rationi se inclinat. in ꝗnto rationem ad seipam leuat. in sexto intelligẽtia rationem transcẽdit: ⁊ quasi sub seipa deserit. Item cuz sit quattuoz medijs cõmune sine ratiocinatione non esse: In secundo cõtẽplationis genere ratio imaginationi quasi ad ima condescẽdit. In tertio imaginationem secum quasi ad altioza trahit. In quarto intelligentiaz quasi sub se descendentẽ excipit atq; conducit. In quinto ratio quasi supra se ad intelligentiam ascẽdit: ⁊ ei in suis sublimib⁹ alludit. In ꝓmo itaq; imaginatio in seipsa requiescit: quemad modũ ⁊ intelligẽtia. In sexto se ad seipsã colligit: ⁊ in seipsa subsistit. In secũdo ratio sub seipsam descẽdit. In quinto eadez ipsa supza semetipsam ascẽdit. In tertio imaginatio supza semetipsam ascẽdit. In quarto intelligẽtia infra semetipsam descendit. In ꝓmo imaginatio tenet locũ infimũ ⁊ solitarium. In secũdo ratio descendit ad imum. In tertio imaginatio ascendit ad summum. In quarto intelligentia descendit ad imũ. In quinto ratio

ascendit ad summū. In sexto intelligentia tenet locū solitariū ⁊ summū.

Qua sibi quecꝫ ꝓportione respondeant: vel quomō inuicez permisceri soleant: Ca. IX.

n Otādum sane q sicut nouissima duo ascendunt supra rationem: sic media duo ascendunt supra imaginationez. Et sicut illud sublimius nouissimorum nulla pene solet humanā rationē admittere: sic illō sublimius mediorū debet oēm a se imaginationē excludere. Et sicut illud inferi⁹ duorum nouissimorū ⁊ supremoꝝ cōsistit supra rationē: nō tamē ꝑter rationē: sic illud inferi⁹ mediorum duorū ascendit supra imaginationē: cū tamē nō sit ꝑter imaginationē. Itē sicut duo media infra purā ⁊ simplicē intelligentiā descendūt: sic duo prima ⁊ infima infra ratiocinationē descendūt. Simplicē intelligentiā dico: que est sine officio ratiōis: purā vero que est sine occasione imaginatōis. Sz sicut illud sublimius duorū mediorū infra simplicez intelligentiam descendit: nō tamen infra subsistit: qz illorū in quibus versat: alia simplici intelligentia cōprehendit: alia ratiocinādo colligit: sic illud sublimius duorū infimorum vi-

detur infra ratiocinationē descēdere: nō tamē infra illam subsistere: qz alia solet p imaginationē repsentare: z alia ratiocinando colligere. Itē qz sicut illud inferius duorū mediorū solet infra simplicē intelligentiā descēdere atq; subsistere: sic illud inferius duorū infimorum solet se ad rationē habere. Nam z illud solū illis intendit: que mens ex imaginatione ratiocinando colligit: z illud solū illis que p sensū imaginationi inpsit. Nō autē hoc primū et infimū contemplationis genus: idcirco infra rationē: vel poci⁹ ratiocinationē subsistere dicitur: quasi irrationabile z oino contra rationē esse videat: cū p intentionē seu etiā dispositionē rationi psentaneū facile cōuincatur: sed qz in eo vt supza dictuz est: quantū ad eius ppzietatē attinet: nihil ratiocinādo colligitur. Solent tamē hec que distinximus ptemplationū genera qnq; inuicē pmisceri: z hic quez assignauimus ppzietatū modus alterutra pmixtione confundi. Nostrū autez fuit hoc loco ad euidentiā doctrine singulorū ppzia docere: nihilomin⁹ quid cōmune: quid simile haberent ostendere.

Qz vix soli pfecti ad omnia sex cō tēplationū genera pficiūt: Ca.X.

Ex ista cõtemplationũ genera opor-
s tet illũ familiariter nosse: quicũq; cu-
pit scientie culmẽ attingere. His sex
sane cõtemplationũ alis a terrenis suspendi-
mur: ⁊ ad celestia leuamur. Citra pfectũ te eẽ
nõ dubites: si vsq; adhuc aliq̃b⁹ illaꝝ alaꝝ ca
res. Mecũ certe: ⁊ cũ mei similib⁹ bene agit̃:
si vnũ tantũ ex his tribus alaꝝ paribus dat̃.
Quis dabit mihi pennas sicut colũbe: ⁊ vo-
labo ⁊ requiescã? Scio tamẽ qꝛ in illis duab⁹
p̃mis eiusmodi alis nõ dat̃ de terrenis ad ce-
lestia euolare: ⁊ illa celorũ ardua petere vl̃ pe
netrare. Nã sicut superius iã dictũ est in illis
sex cõtemplationũ generibus: tota prioꝝ du-
oruꝫ ꝯsideratio circa terrena ⁊ corporalia oc-
cupat̃: nihil in eisdẽ de inuisibilib⁹ ⁊ spũalib⁹
agit̃. Qr̃uis ergo sublimes: q̃uis admodum
subtiles circa ista terrena volat⁹ in primis il-
lis duab⁹ ꝯtemplationũ alis habeamus pa-
rum nobis eẽ debet: si ad illa sola sufficim⁹ in
quibus mũdi hui⁹ philosophos p̃pollere vi-
demus. Terrenũ ⁊ nũdũ celeste animal te eẽ
cõuincis: q̃diu duab⁹ alis tantũ cõtentus fu-
eris: habẽs vñ corpus tuũ velare: nõ vñ vo-
lare possis. Certe si adhuc terrenũ animal es
si vsq; in hodiernũ terrenũ corpus habes: et

tale deniq; quale apl's describit: ⁊ mortifica/
re p̄cipit. Bonū ꝓfecto erit in ꝓmptu habe/
re vnde possis cū volueris tale corpus vela/
re: et a recordationis tue oculis abscondere.
Mortificate inq̄t mēbra vestra que sunt sup
terrā: fornicationē: immūdiciā: libidinē: cōcu
piscentiā malā: ⁊ sil'ia. Quid est aūt huiusmo/
di corp⁹ sub designatis illis cōtemplationuꝫ
alis velare: nisi mundanorū cōcupiscentiā ex
mūdane mutabilitatis cōsideratione tēpera/
re īmo ⁊ in obliuionē adducere? Perpēdis vt
estimo quātū valeat eiusmodi obductio ala/
rūq; obumbratio. Habes recte ī his alis: vn/
de cum volueris volare possis. Bonuꝫ sane
est bene volare: ⁊ quantū potes ab amore mū
di te elongare. Bene vtiq; in his volant alis
qui mundane mutabilitatis lubricum quoti/
die considerant: assidueq; retractant: ⁊ ex eius
modi consideratione seu retractatione se ab
eius ambitione alienāt. Q̄uis ergo in his ge
minis alis vsq; ad celestia volare ñ possis: tu/
tum tamen fortassis tranquillumq; stationis
portum in earum remigio inuenire poteris.
Nitere in eis quantum poteris: apprehende
saltem nouissima maris. Si sumpsero inquit
pennas meas diluculo: et habitauero in ex/
tremis mar⁹. Extrema maris: mundi termini

sunt: ⁊ vniuscuiusq; ꝓprie vite defectus Extrema itaq; maris tenere est mundi finē: mundaneq; vite exitū cū desiderio expectare. Extrema maris vt arbitror euolādo iam apprehenderat: qui veracit dicere poterat: Cupio dissolui ⁊ esse cū christo: puto qr duas has cōtemplationis pennas nō inuanuz accepisti: si huc vsq; volare potuisti. Parū tibi tamē esse debet has duas alas accepisse: sed vt ꝓbes te celeste animal esse: stude ⁊ satage saltē duo paria habere: id est: alas q̄ttuor: ⁊ tūc ꝓfecto habebis in quib⁹ possis ad celestia euolare. Quattuor ꝓfecto alas habebāt: ⁊ se ex eo celestia nō aut̄ terrestria esse ostendebāt: quattuor illa animalia: que ꝓpheta ezechiel vidit: visaq; descripsit. Quattuor inquit facies vni: ⁊ quattuor penne vni. Duabus aūt vt ibi legit corpus suū velabant: necnō ceteris duabus ꝓculdubio volabāt. Sic ⁊ tu cū ceperis iam quattuor alas habere: cū te putaueris iā celeste animal esse: vel corpus celeste iā gerere: nihilomin⁹ tamē stude illud sub dictis aliis velare. Sunt em̄ celestia corpora: ⁊ sunt corpora terrestria. Et alia gl̄a celestiū: ⁊ alia gloria terrestriū: Alia claritas solis: ⁊ alia claritas lune: ⁊ stella a stella differt in claritate. Si ergo totū corpus tuū lucidū fuerit: nō habens

in se aliquã partem tenebrarũ: vtile tamẽ erit illud ab humane arrogantie oculis abscõdere: ꝛ sub humane mutabilitatis incerto ꝓprie estimatiõis claritatẽ tẽperare. Nescit enĩ homo finez suũ: sed sicut pisces capiunt hamo: ꝛ aues cõprehendũtur laqueo: sic capiuntur homines tẽpore malo: cũ eis ex tẽplo supuenerit. Et idcirco bonũ ẽ homini bona sua dissimulare: ꝛ nil penitus de suis meritis ꝑsumere: ꝛ se semp in humilitate custodire. In ꝓmo ꝙ alarũ pari velet homo corp⁹ suũ: in secũdo volet ad celũ. Cur enĩ media illa duo cõtemplationũ genera hominẽ ad celestia: ꝛ inuisibilia nõ leuent: que de solis (vt dictũ est) inuisibilibus agere habent? Satagat ergo spiritalis quisq; studio ꝛ desiderio semp in celestibus esse: vt possit cũ ap'lo dicere: Nostra aũt cõuersatio in celis est. Verũtamen si vsq; ad tertiũ celũ cũ eodẽ ap'lo penetrare paras: nũq; id in duob⁹ alarũ paribus posse ꝑsumas. Oportet absq; dubio omnes illas superi⁹ designatas sex cõtemplationũ alas habere: qui cupit ꝛ ambit vsq; ad tertij celi secreta: diuinitatisq; archana volare. Has vtiq; sex cõtemplationũ alas soli pfecti in hac vita vix habere possunt. Has omnes i futura vita electi: tã in hominib⁹ q̃ in angelis habituri sunt: ita vt

de vtraq; natura veraciter dici possit: sex ale vni: ⁊ sex ale alteri.

Quō prima quattuor ꝯtēplationū genera mystice describūtur: Ca. XI.

De his itaq; sex cōtemplationū generib⁹ moyses (vt mihi videt̄) sub mystica descriptione agit: vbi materialē illā scz mysticā q̄dē arcā ex dñica p̄ceptiōe fieri instituit. Primū itaq; designat̄ in arce fabricatiōe. Scd̄m in ei⁹ deauratōe. Tertiū in corona arce. Quartū ītelligim⁹ p ꝓpitiatoriū. Per duos ꝟo cherubin q̄ntū ⁊ sextū. Si aūt ad figurā ⁊ materialē facturā respicim⁹: ex illis sex vtiq; manufactis operib⁹ solū primuz fabricat̄ ex ligno: cetera omnia cōstant ex auro. Sic sane omnia illa vnde primū ꝯtemplationis genus cōstat: p sensum corporeū haurimus: ⁊ p imaginationē rep̄sentamus cū volumus. Nā alia omnia vnde cetera ordiūtur ratiocinādo colligim⁹: vel simplici intelligentia cōprehendim⁹. Cogita ergo quid sit inter lignū ⁊ aurum: ⁊ inuenies fortassis q̄ꝫ cōuenienter ista designent̄ in ligno: illa vero figurētur in auro. In ligno quidē que subiacēt imaginationi: In auro autē que solo subiacēt intellectui. Aurū in se magna claritate refulget:

lignum in se nil claritatis habet: nisi q ignem accendit: z in ministeriū luminis flammā nutrit. Sic sane imaginatio nullū in se prudētie lumen: nil pclarū habet: nisi q rationē ad discretionē excitare: z ad scientie inuestigationē dirigere solet. Recte aūt ꝑm illud cōtemplationis genus in quo rerū visibiliū ratio queritur: in lignoꝝ deauratione figurat. Quid em aliud est rerū visibiliū z imaginabiliū assignata ratio: q̄ quedā (vt sic dicā) lignoꝝ deauratio? Recte nihilominus cozona arce tertiū cōtemplationis genus pōt mystica designatione repsentare: in quo solemus p visibilia ad inuisibilia ascēdere: z ad eoꝝ cognitionē imaginationis manuductione assurgere. Mā cozona quidē in sūmitate arce lignis affigebat: lignoꝝ tamē supma alta ꝓtensione supergrediebat. Sic illud ꝓtemplationis genꝰ qō in rōne ꝑm imaginationē versat: imaginationi quidē innitit: dū ex rerū imaginabilium similitudine rationē trahit: z quasi scalam erigit: p quā ad iuisibiliū speculationē ascēdere possit. Propitiatoziū aūt ex omni parte: z vſq̄quaq̄ ligno supponit: z idcirco satis cōuenienter in eo illud cōtemplationis genꝰ figuratur: qō omnē imaginationē excedēs in ratione ꝑm rationē versat. Et sicut ꝓpitiatoziuz

vtpote arce opculũ nusq̃ sub ligno descendit nec ligno se affigi sinit: sic hec cõtẽplatio omnez imaginationẽ supgrediens: ꝛ nulli se pmiscerí cõsentiens: sola inuisibilia respicit: solis inuisibilibus intendit.

Quõ nouissima duo ꝓtẽplationũ genera mystice designent: Ca. XII.

Duo autẽ nouissima ꝓtemplationum genera exprimunt angelica figura. Et recte quidẽ illa operis factura nõ humanã sed angelicã formaz habuit: que illa cõtemplationũ genera p similitudinẽ repsentare poꝛtuit: quoꝛũ materia oẽm humanam rationez excedit. Notandũ sane q̃ pdicta illa quattuoꝛ quodãmodo in vnũ cõiuncta sunt: ista aũt duo nouissima seꝑatim sũt: ꝛ seoꝛsũ posita. Et in illis quidẽ pꝛimis q̃ttuoꝛ ꝓtẽplationũ generib⁹ ex gꝛcia industria cũ diuino tñ adiutoꝛio quotidie crescimus: ꝛ ex vno in aliud pficimus. Sed in vltimis istis duob⁹ totũ pendet ex gratia: ꝛ oĩno longinqua sunt: ꝛ valde remota ab omni hũana industria: nisi inquantũ vnusquisq̃ celitus accipit: ꝛ angelice sibi similitudinis habitum diuinitũ⁹ supducit. Et forte nõ sine causa hec nouissima operis factura: angelicaq̃ figura cherubin nomẽ

accepit: eo fortassis q̄ sine huius sup̄me gratie adiectione quis ad plenitudinē sciētie ptingere nō possit. Sed q̄ e duob⁹ cherubin vn⁹ dictus est stare ex parte vna: ⁊ alter ex altera: ita vt vnus intelligat stare a dextris: alter autē a sinistris: animaduerte obsecro q̄ apte sibi ex aduerso opponunt: ⁊ ex opposito statuūtur in earū videlicet rerū figura: quarū he rationi cōsentire: ille rationi cōtraire videretur. Sed forte quis querere ꝓpat: q̄d in quo spiritaliter ītelligere oporteat. Vide ergo ne forte in illo cherub: qui a dextris stabat: illud ꝓtemplationis genus intelligi debeat: q̄ō est supra rationē: non tamē p̄ter rationē. In illo aūt q̄ est a sinistris: illud q̄ō est supra rationē: ⁊ videtur esse p̄ter rationē. Scimus autē q̄ sinistra sepius sub vestimētis: ⁊ quasi in occulto tenet: dextera vero in apertū sepius ꝓfertur: vnde recte p sinistrā occultiora: p dexterā intelliguntur manifestiora. Manifestiora aūt sūt rationi cōsentanea: occultiora aūt rationi aduersantia. Quintū ergo ꝓtemplationis gen⁹ recte intelligim⁹ in cherub dextro. Sextū nihilominus iuste intelligi potest in cherub sinistro. Et forte ista doctioꝛib⁹ animis sufficere possunt: ad ea que de moysi arca: vel ꝓtēplationis gratia dici debuerunt. Sed q̄ ociosi su-

mus: ⁊ ociosis loquimur: ꝓpter pigriores q̄dem pigrū nobis esse nō debet: adhuc eadem cū vtili: ⁊ forte quibusdā necessario supplemēto repetere: ⁊ eidē materie liberius vacādo in ipsam adhuc aliquid latiꝰ agere. Cōtemplantis itaq; more cōtemplationisq; tenore: de cōtemplatione agamꝰ: nec tante iocūditatis studiū: ⁊ tante admirationis spectaculū in transitu videamus. Occupatis ista compendiosa breuitate succinximus: ociosis aūt eadē repetendo latius explicamus. Simul vtrūq; p̄cauentes: ⁊ festinos viatores cōtra ꝓpositū detinere: ⁊ curiosos nouitatū exploratores ꝯtra votū vrgere. Nunc ergo ad singula contemplationū genera redeamus: ⁊ primum de primo dicamus.

Venerabilis magistri Richardi de sancto victore liber primus de arca mystica feliciter explicit.

Annotatio capitulorū libri secundi eiusdem.

Qꝛ primū ꝯtēplationis genꝰ ꝯstat in ꝯsideratione ⁊ admiratione reꝝ visibiliū. Ca. I.
Qꝛ sit copiosa huiꝰ ꝯtemplationis materia: ⁊ quō se philosophi exercuerūt ī ea. Ca. II.

Annotatio capl'oꝝ Libꝛi. II.

De triplici distinctõe ꝑme speculatõis. C. III
Qꝛ primus gradus huius speculatiõis ꝓsiderat in materia: forma ꝛ natura. Ca. IIII.
Qꝛ secundus gradus cõsideratur in operatione nature: ꝛ industrie. Ca. V.
Qꝛ tertiꝰ huiꝰ speculatiõis gradus ꝓsistit tam in hũanis q̃ in diuinis institutiõibꝰ. Ca. VI.
Qꝛ scõm ꝓtẽplatiõis genꝰ ꝓstat ĩ ꝓsideratiõe: ꝛ admirãda rerũ visibiliũ ratione. Ca. VII.
Q̃ sit copiosa ꝓtẽplatõis materia. Ca. VIII.
Quõ se philosophi in huiꝰ contemplationis materia exercuerunt. Ca. IX.
De distinctione secũde ꝓtẽplationis. Ca. X.
De ꝓprietate secũde distinctionis. Ca. XI.
De tertio cõtemplatiõis genere. Ca. XII.
Quomõ in hoc cõtemplatiõis genere homo incipiat esse spiritualis. Ca. XIII.
De distinctione eoꝝ que ad hanc speculationem ptinent. Ca. XIIII.
Quõ hoc speculatiõis genus recte in quinq; gradus diuiditur. Ca. XV.
Qꝛ illa que ad hanc speculationẽ ptinẽt aliter adhuc distingui possunt. Ca. XVI.
Qꝛ in hac speculatiõe corporee similitudinis manuductione vtimur. Ca. XVII.
Quõ hoc cõtemplationis genus ꝓsistat in ratione ꝑm imaginationẽ. Ca. XVIII.

Annotatio capitulorū.

Quomodo ad pmissionez vel operationē dei pertineat: quicquid radius contēplationis plustrat. Ca. XIX.

Quō sapientia dei cū sit simplex ⁊ vna diuersis cōsiderationib⁹ in cōtemplationē adducitur: ⁊ modo sciētia: mō pscientia: modo dispositio: mō pdestinatio nominat. Ca. XX.

Or diuina sapientia ſm diuersos cōtemplationis modos: in quibusdā videat mirabilior: in quibusdā iocūdior. Ca. XXI.

In qua speculatione diuina pscientia vel scientia appareat mirabilior. Ca. XXII.

In qua speculatione diuina pdestinatio appareat iocundior. Ca. XXIII.

In qua rez speculatione soleat diuina dispositio iocūdior apparere. Ca. XXIIII.

Or cōtemplationis nostre speculuz semp comitari debeat: magna admiratio: ⁊ ingens exultatio. Ca. XXV.

Or ſm modū admirationis ⁊ exultatiōis: variat modus ptēplationis. Ca. XXVI.

Or in omni rerum mutabiliū ptemplatione: necesse sit diuine sapientie consideratione inherere. Ca. XXVII.

Finis.

Venerabilis magistri Richardi de sancto victore liber secūdus de arca mystica: In quo de tribus primis generibus contemplationis agitur: feliciter incipit.

Qz primū cōtemplationis genus constat in cōsideratione z admiratione rerū visibiliū: Ca.I.

Rimum itaqz p cōtemplationis genus est in cōsideratione z admiratione rerū corporaliū: in omnibus que p quinqz sensus corporeos ingrediuntur ad animuz. Et est quidem omniū infimū: z debet esse incipientium. Ab hoc em debent ad huc rudes incipere vt possint paulatim ad altiora: quasi quibusdā pfectionū gradibus ascēdere. Ad hoc itaqz cōtēplationis genus ptinet omnis admiratio creatoris: que surgit ex cōsideratione rez corporaliū: z designat in hac arce descriptione per cōpaginē lignorū. Et cō grua satis distinctione p ligna designant ea que ptinent ad imaginationē: sicut p aurum: nihilomin9 ea que vi-

dent̃ ꝑtinere ad rationẽ. Non aũt de quibus-
libet lignis ꝑmittit̃ hec arca fieri: sed tãtuꝫ de
lignis sethim: q̃ sunt valde ĩputribilia. Perti-
nent aũt ad ligna imputribilia quelibet reruꝫ
scrutinia: honestatis ⁊ vtilitatis ĩtegritate ple
na. Ligna ĩputribilia sunt quelibet reꝝ ꝯside
rationes: q̃libet opeꝝ retractatiões: q̃ nullam
mẽtis corruptionẽ inducũt: q̃ sinceritatẽ ⁊ ve-
ritatis integritatẽ custodiũt. In tãtaq̃ reꝝ vi
sibiliũ copia: inter tot spectaculoꝝ genera vi-
deat q̃sq̃ qd̃ eligat: caueat ne ad illd̃ q̃nq̃ mẽ
tis oculos reducat: vnde cordis sui mũdiciaꝫ
polluat. Debet g̃ a cõsideratiõis sue respectu
voluptatũ irritamẽta amouere: qui cupit de
ĩterne ĩcorruptõis ꝑpetuitate gaudere. Quic
quid auariciã stimulat: quicq̃d gulam irritat:
quicquid luxuriã inflãmat: ab illa recordatio-
num suarũ frequẽtiã secernat. Ille sane mun-
dum: ⁊ que in mũdo sunt vtiliter in cõtempla
tionẽ adducit: qui ꝑ mundanoꝝ respectuꝫ ad
mundanoꝝ despectũ venit. Hunc eiusmodi
ꝯtẽplatõis fructũ magnus ille mũdanaliũ cõ
tẽplator quesiuit: ⁊ inuenit: scriptũq̃ reliq̃t:
Vanitas vanitatũ dixit ecclesiastes: Vanitas
vanitatũ ⁊ omnia vanitas. Ille vanitatis cõ-
templationẽ nõ inuanũ assumit: q̃ ex eo ꝙ in
imo respicit ĩ laudẽ creatoris assurgit: qui eũ

in omnibus operib⁹ suis mirabilē: laudabilē: ⁊ amabilē reperit: Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Ecce mirabilē: A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomē domini. Ecce laudabilē: Iustus dominus in omnibus vijs suis: ⁊ sanct⁹ in omnib⁹ operibus suis. Ecce amabilē: Ligna ergo rigida:: ligna robusta: ligna durabilia: quelibet cōsiderationes sunt: que mētis vigorez reparant: que cōstantiā roborant: que perseuerātiā cōfirmant. Ligna deniq; ab omni corruptione aliena sūt: q̄ nec maculā feditat̄: nec vmbrā falsitatis cōtrahunt. Pertinēt itaq; eque ad ligna sethim: ad ligna imputrabilia: de rebus corporeis quelibet assertio vera: sentētia rata. Faciēda est itaq; hec sapiētie arca: de lignis imputribilib⁹: de sentētijs irrefragabilibus: vt sentiamus oīa que vident̄ in mūdo facta ab vno deo: ⁊ creata de nihilo: nihil in his oībus diffiniētes: qd̄ differat a vero.

Q̄ sit copiosa huius cōtemplationis materia: et quomō se philosophi exercuerunt in ea: Ca.II.

b Abet itaq; materiam hec contemplatio: vt iam dictum est: omnia que sensus corpore⁹ cōtingere pōt. Copiosa

sane materia ⁊ silua nõ modica. Currant omnes: intrẽt singuli: nemo ꝓhibetur: eligat q̃sq̃ qd̃ magis miretur: supabundat satis cuiq̃ materia ad faciendã sibi arcam. Discat tamẽ quisq̃ eligere ligna imputribilia: vt nihil sentiat cõtra traditionẽ verã. De hac eadẽ silua philosophi gentiũ studuerũt sibi fabrice sue materiã eligere: cupiẽtes ⁊ ip̃i nihilominꝰ sapientie sibi arcam fabricare. Ceperunt igit̃ ligna secare: dolare: cõpingere: diffiniendo: diuidendo: argumentando: multa inuenire: tenere ⁊ credere. Fecerunt itaq̃ arcas multas tenẽtes sentẽtias varias: ⁊ cõstituẽtes sectas innumeras. Intrãtes ergo in illud nemꝰ vmbrosum ⁊ condẽsum: inseruerũt se questionibus infinitis: ⁊ tradidit deus mundũ disputationibus eoꝝ: ⁊ euanuerũt in cogitationibus suis: ⁊ defecerũt scrutantes scrutinio: eo q̃ nõ posset inuenire homo: opus qd̃ operatus est deus ab initio vsq̃ ad finẽ. Reuelauit autem deus ꝑ spiritũ suũ quibus voluit: qñ voluit: quantũ de his scire oportuit. Quid ergo mirum si potuerunt efficere opus admiratione dignũ:: qui edocti sunt: ꝑ spiritũ dei nolentes sequi spiritũ suũ: nec incedere volentes post cogitationes adinuentionũ suarũ? Etiã tẽporibus nostris insurrexerũt quidã pseudo phi-

losophi fabricatores mēdacij: volētes sibi nomen facere: studuerūt noua inuenire. Nec erat eis cura: tam vt assererent vera: q̄ vt putarētur inuenisse noua. Presumētes itaq̄ de sensu suo: putauerūt se posse facere sibi sapientie arcam: eūteq̄ in adinuētionib⁹ suis tradiderunt sentētias nouas: arbitrātes secū ortā moriturāq̄ sapientiā. Et ecce cōputruerūt horū omniū alta sapientiū arce: eo q̄ non essent de lignis sethim: lignis videlicet imputribilibus facte. Et ecce stulti facti sunt oēs p̄ncipes chaneos: eo q̄ stultā fecerit de⁹ sapiētiā hui⁹ mūdi. In tantū em̄ insatuata est illa: quondā gloriosa mundana philosophia: vt innumeri ex eius p̄fessoribus quotidie fiant ei⁹ irrisores: t ex eius defensoribus fiant ei⁹ impugnatores: t illam detestātes: nihil aliud p̄fitent se scire: nisi iesum christū t hunc crucifixū. Et ecce q̄ multi q̄ prius fabricabant arcā in officina aristotelis: tandē saniori ꝓsilio discant studere in officina saluatoris. Et qui prius fabricabāt vasa cōtumelie: nūc docētur fabricare vasa glorie: quotidie cōfitentes dño in vasis psalmi: eo q̄ peniteat eos fecisse opus ꝓfusione dignum: t diu fuisse fabricatores mendacij. Vbi sunt nūc queso secte achademicorū: stoicorū: perypatheticorū: vbi sunt arce eorū: Ecce iā

omnes isti dormierūt somnū suū: ⁊ nihil inue
nerunt oēs hi viri diuitiarū in manibus suis:
⁊ relinquerūt alienis diuitias suas: ⁊ sepulchra
eorū domus illoꝝ in eternū. Et ecce cōputru
erunt oēs cū arcis suis: pereūtes simul cū do
ctrinis ⁊ traditōib⁹ suis. Sed arca moysi ma
net vsq; in hodiernū diē: nunc̄ firmior: nūc̄
fortior c̄ hodie: vtpote ꝓfirmata p catholice
fidei veritatē auctoritatē: eo q; sit facta de lig
nis sethim: imputribilib⁹ videlicet ⁊ incorru
ptibilibus lignis: ⁊ oīs ei⁹ narratio atq; doc
trina cōtexta sit sentētijs veris: ⁊ assertionib⁹
ratis. Ecce vidimus de qua materia debeat
fieri: cōsequens est vt dicamus de mensura et
modo faciēdi: vt iuxta moysi exemplū sequa
mur in his omnib⁹: nō nostrū sensum: sed di
uine institutionis documētū. Redeam⁹ itaq;
nūc ad illud cōtemplationis gen⁹: qō ꝓstat eē
oīm infimū et primū. Et idcirco eē incipien
tiū: qō etiā figurari dixim⁹ in hac arce descri
ptione: ex sola cōpagine lignorū.

De triplici distinctione prime spe culationis: Ca. III.

Ec igitur speculatio triplici ratiōe cō
b sideratur. Prima est in reb⁹: secunda
in opibus: tertia in moribus. Illa que

est in rebus ptinet ad arce longitudinem: illa que in operibus ptinet ad latitudinez: illa que est in motibus ptinet ad altitudinē. Scimus enī lōgitudinē latitudine priorē esse. Similit naturaliter: latitudinē altitudinis respectu: locum priorē tenere. Nā longitudo sine latitudine: et latitudo sine altitudine potest intelligi: q̄uis in rerum essentia ab inuicez minime possint seperari. Sed altitudo sine latitudine vel latitudo sine lōgitudine: nec valet esse: nec licet intelligere. Simplex nāq; lōgitudo intelligit: quādo quātitas de puncto ad punctū: z p sola puncta discurrens: in lineā solā saltē cogitatione ptrahit. Simplicē latitudinē dicimus: quādo quātitatē de linea in lineam: z p solas lineas mente distendimus: z in superficiem dilatamus. Nam sicut linea est longitudo sine latitudine: sic superficies est latitudo sine altitudine. Altitudo aūt est: qñ quātitas de superficie in supficiem descendit: z corpus solidū reddit: quod tres dimēsiones suscepit. Qui g̃ hoc recte ꝓsiderat: satꝭ ei (vt arbitror) ꝓstat: q; lōgitudo naturaliter sit ꝓor latitudine: z latitudo altitudine. Sic sane illa ꝓsideratio q̄ est in reb⁹ naturalit ꝓor est: z illa ꝓsideratiōe q̄ est in opib⁹: z illa q̄ est in motib⁹. Quis enī nesciat res ipsas: eaz; opatiōib⁹: qñq; etiā

tēpore: semp aūt naturaliter priores esse: ex q̄ bus ⁊ in quib⁹ quelibet operationes habent naturaliter oīno existere: Similiter motes ipsi: siue boni: siue mali circa opera quidē solēt ⁊ debent ꝓsiderari. Nā opera vtiq; hominuz magna ex parte inquātum sūt ordinata ⁊ moderata: ptinent ad motes bonos: inquātū vero sunt inordinata ⁊ immoderata: ptinēt nihil ominus ad motes malos. Unde satis constat q̄ quēadmodū est prior cōsideratio rerum q̄z operū: sic naturaliter prior est ꝓsideratio operū q̄z motū. Recte itaq; dictū est: q̄ cōsideratio rerū ptineat ad arce nostre longitudinem: cōsideratio operū ad latitudinē: consideratio aūt motū ad ipsi⁹ altitudinē.

Q2 primus gradus huius speculationis consideratur in materia: forma ⁊ natura: Ca. IIII.

t Ripartitā aūt triū illarū cōsideratio prima. Prima itaq; hui⁹ subdiuisionis ꝓsideratio est in materia: secunda in forma: tertia in natura. Materiā ⁊ formaz visu corporeo facile deprehendimus: nā lapidē a ligno: triangulū a quadrato sine erroze discern'mus. Illud aūt q̄ ad naturā ptinet: partim expositū est sensui: partim aūt ꝓfundius

latens repositũ est rationi. Natura siquidem cõsideratur in rerũ qualitate intrinseca: quẽ admodũ ⁊ forma cõsistit in qualitate extrinseca. Qualitas aũt rerũ interior ex magna parte corporeo ꝑcipitur sensu: sicut sapores gustu: odores olfactu. Illã aũt nature vim: que rebus medullitus imꝑssa ꝓfundius introrsũ latet: nunq̃ homo sensu carnis adire posset: etiã si minime peccasset. Verũtamen ingenij sui acumine eã facile ꝓspiceret: si ratiõis oculus pctĩ nube obductus sub erroris nebula nõ caligasset. Modo aũt ignorantie tenebris inuoluti quotiẽs de ea aliquid querimus: ꝑ experientie argumẽta palpamus potius q̃ videmus. Patet itaq̃ ratio: cur arce nostre longitudo iuxta dominicũ documentũ nõ debeat: vel potius nõ valeat habere: nisi duos cubitos: ⁊ dimidiũ. Ibi em̃ sciẽtia humana cubitũ plenum habet: vbi certitudinẽ tenet: vbi ea que sciri oportet sensu aliquo cõprehendere valet. Habet ergo sensus corpore⁹ cubitũ in cõspectione materie: habet aliũ cubitũ ĩ cõsideratione forme: habet cubitum dimidiũ in ꝑceptiõe nature: quã nõ penetrat nisi ex ꝑte. Partim em̃ vt dictũ est exposita ẽ sensui: partim reposita est ratiõi. Hec itaq̃ tria materia scz forma ⁊ natura: qꝛ in substantia corporea

simul sunt: et a se ĩuicẽ diuidi nõ possũt: se q̃si in lineã extendunt: ⁊ ad arce longitudinẽ se ꝑtinere ostendunt.

Qꝛ secũdus gradꝰ ꝯsiderat̃ in operatione nature: ⁊ industrie: Ca. V.

Exercitata itaq; mens ſm hanc triplicem cõsiderationẽ que est in speculatione rerũ: debet se cõsequẽter transferre ad speculationẽ operũ: vt cum didicerit cõsiderationẽ suam: ⁊ ad opera naturalia: et opera artificialia extẽdere possit arce nostre latitudo ꝑfinite magnitudinis mensurã accipere. Alia est enim operatio nature: atq; alia industrie. Operationem nature facile deprehendere possumus: vt in graminibus: arboribus: animalibus. In graminibꝰ quõ crescũt: maturescunt. In arboribus similiter: ꝙ frondent: flores fructificant. In animalibꝰ quõ cõcipiunt ⁊ pariunt: ꝙ alia nascunt̃: ⁊ alia moriuntur. Deniq; quotiẽs attendimus quõ orta occidunt: ⁊ aucta senescunt: in naturalis operationis inspectione mentẽ nostrã exercemꝰ. Opus artificiale: opus videlicet industrie cõsideratur in celaturis: texturis: in scripturis: in pictura magistri: in cultura: ⁊ in ceterĩ operibus artificialibus: in quibus omnibus innumera inuenimus pro quibus diuini muneris

dignationem digne mirari et venerari debemus. Opus itaq; naturale: et opus artificiale: qꝛ sibi inuicē cooperant̄: quasi ex latere sibi altrinsecus iungūtur: ⁊ sibi inuicem mutua cōtemplatione copulant̄. Certū siquidē est: ꝙ ex naturali operatione opus industrie initiū sumit: cōsistit ⁊ cōualescit: ⁊ opatio naturalis ex industria ꝓficit: vt melioꝛ sit. In opere artificiali scientia humana cubitū habet: qꝛ si illud cōprehēdere nō valeret: ipsum vtiq; nō inuenisset. Sed in opere naturali plenū cubitū hr̄e nō potuit: qꝛ ipsū nō nisi forte ex parte cōprehēdit. Quid ex qua re nasci soleat: facile dijudicat. Nam nec poma in vite: nec racemos in segete: nec frumentū querit in arbore. Verūtamen quid hoꝛuꝫ: vel quelibet alia res ex alia qualiter nasci soleat: qn̄ explicare sufficiat. Quādo ergo ingenij nostri acumen in hac gemina naturalis ⁊ artificialis operis cōsideratione circūquaq; se diffundit: ⁊ mira intelligētie viuacitate multiplicit̄ huc illucq; discurrit: Arce nostre latitudo ꝑm diuine institutionis modū cōgruā mensurā accipit.

Qꝛ tertius huius speculatiōis gradus cōsistit tam in humanis q̄ꝫ in diuinis institutionibus: Ca. VI.

Post primā itaq; cōsiderationē que ē in rebus: et secundā que est in operibus: sequitur tertia que cōstat in moribus: quā ad arce nostre altitudinē ptinere iā diximus. Disciplina itaq; mor̄ partim ex institutione diuina: partim ꝓcessit ex institutione humana. Ad diuina instituta: ptinent diuina obsequia: ⁊ q̄libet ecclesie sacramenta. Ad instituta humana: ptinent hūane cōsuetudines: vrbanitates: plebiscita: iura ciuilia: ⁊ huiusmodi alia multa. Humana institutio ꝓpter vitā inferiorē: diuina institutio ꝓpter vitā superiorem. Illa ad optinendā salutē: ⁊ tranq̄llitatē vite tēporalis: ista ad capescēdā salutez ⁊ plenitudinē eterne beatitudinis. In humana institutione sciētia humana cubitū habere potest: q̄ illud qd̄ inuenire pōt: illud nimiruz cōprehendere pōt. In sacramentis diuinis duo esse nō dubitamus. Aliud est em̄ qd̄ exterius in re vel in opere cernim⁹: atq; aliud virtus illa spūalis que latet intrinsec⁹. Rē itaq; sacramenti: que intrinsecus latet: credere potes: videre aūt oīno nō potes. Et idcirco sciētiam tuam in hac parte vsq; ad plenum cubitum extēdere nō potes. Hec autē vltima speculatio que est in moribus: ad arce nostre altitudinem ptinet: sicut superius iam diximus.

Reuera siquidē qñ humana institutio diuine subseruit: ex vtraq; anim⁹ ꝓficit: & ad alta tē dit. Nam anim⁹ qui illis que ad ꝓmā vel ad secundā cōsiderationē ꝓtinent inheret: absq; dubio adhuc in imo iacet. Sz q̄sto his q̄ ad tertiā ꝓtē spectāt ꝓfecti⁹ inhęserit: tāto ꝓfecto ad altiora ascēdit. Notādū sane q; opatio naturalis & diuina institutio plenū cubitum habent in re: sed nō nisi semissem habere possūt in nostra cognitione. Ecōtra autē artificialis operatio & humana institutio vix semissez haberent in re: plenū autē cubitū habere possūt in nostra cognitione. Cū igitur anim⁹ in hac triplici speculatione plene exercitatus fuerit: arce nostre mensure congruā sibi magnitudinē quaquauersum accipit. In hoc cōtemplationis genere seipsum ꝓpheta exercuisse ostēdit: cū dicit: Meditatus sum in omnib⁹ operibus tuis. Et alibi. Quia delectasti me inq̄t dñe in factura tua. Et alibi in eorū admiratione exclamat: Oꝝ magnificata sunt opera tua dñe: oīa in sapientia fecisti. Et multa de eisdē operibus in eodē psalmo explicando cōmemorat. Totū itaq; hoc ꝓmū ꝓtemplatiōis genus recte quidē in septē gradus distinguere possumus. Primus nāq; cōsistit in illa admiratione rerū que surgit ex cōsideratōe ma-

terie. Secūdus aūt gradus cōsistit in illa admiratione rerū: que surgit ex cōsideratiōe formē. Tertius vero cōsistit in illa rerū admiratione: quā gignit cōsideratio nature. Quartꝰ autē huiusmodi ꝓtemplatiōis gradus versat in cōsideratione ⁊ admiratione operum circa operationē nature. Quintꝰ nihilominꝰ versatur in ꝓsideratione ⁊ admiratione operū: sed ꝑm opationē industrie. Sextꝰ vero gradꝰ cōstat in cōsiderādis ⁊ admirādis institutionibꝰ hūanis. Septimꝰ deinde subsistit in ꝓsiderādis ⁊ admirādis institutionibꝰ diuinis. Hi septem gradus ascēsionis primo occurrūt his qui montē dñi ascendere: vel ad illud ezechielis templū intrare cōtendūt. His septē gradibus ad exteriores portas in atriū exterius intratur: ⁊ in septem inquit gradibus ascensus eius. Habes ergo quibus gradibus inchoationis debeas insistere: quisquis cupis contēplationis arcē apprehēdere. Quō aūt hoc cōtemplationis genus in imaginatiōe cōsistat: vel ꝑm imaginationez discurrat: superior ratio ꝓdocuit: ⁊ hic iterare nō oportebit.

Qz secundū cōtemplationis genꝰ cōstat in cōsideratione: ⁊ admiranda rerū visibiliū ratione: Ca. VII.

Nunc quō de primo cōtemplatōis genere: que interim dicenda videbant: quō potuim⁹ iam diximus. Ad scdm qō parce deaurationē designari: iā dictū est transeamus. Si g primū cōtēplationis gen⁹ recte intelligit esse in specie rerū corporaliu: consequēter (vt arbitror) intelligi oportet: secūdū cōtēplationis gen⁹ esse in pspiciēda rōne earūdē rer. Totiēs igit i deauratōe arce nre occupamur: quotiēs rerū visibiliū rōes rimamur: t in eiusdē rōis inuēte t pspecte admiratōe suspēdimur: qtiēs attēdētes itelligim⁹: et intelligētes attēdim⁹: bui⁹ mundane machine oia q̄ vident: q̄z sint mirabiliter facta: q̄z pueniēter ordinata: q̄z sapiēter disposita: arcā nostram deauram⁹: qñcūq; rei cām: modū t effectū: vtilitatē t rationē psideram⁹. O quāto sciētie auro abundabat: qō ei ad tot⁹ arce scz deaurationē sufficere poterat: qui veraciter dicebat. Mihi autē dedit deus ex sentētia dicere. Ipse eñ dedit mihi horū que sūt sciētiā verā: vt sciam dispositionem orbis terrar: et virtutes elementor: initium t consūmationē temporum: vicissitudinū pmutationes: t diuisiones temporum: anni cursus: et stellarum dispositiones: naturas animaliū: t iras bestiarū: vim ventorū: t cogitationes hominum:

ꝛ differentias virgultorũ: ꝛ virtutes radicuꝫ. Deniq; audi: quid ad extremũ inferat: vt plenius intelligas: in deaurationis sue opus q̃nta eiusmodi census copia abũdabat. Et quecunq; inquit sunt absconsa ꝛ improuisa didici. Cõstat ergo arce nostre deauratio: in contemplanda ratione diuinoꝝ operũ: iudicioꝝ: sacramentorũ: ꝛ humanarũ nihilominꝰ actionũ: vel institutionuꝫ. Simus deniq; parati ſm documentũ petri: omni poscenti reddere rationẽ: ꝛ de ea fide ꝛ spe que in nobis est. Arce nostre sup̃ma vel exteriora deaurauimus: qui diuinorũ sacramentorũ seu etiã iudicioꝝ rationẽ exponendo cõmẽdare nouimus.

Q̃ sit copiosa contẽplationis materia: Ca. VIII.

Qui igit̃ ad secundã contemplationis huius speciẽ iã ꝓfecit: in tanta ꝓlixitate materie copiose satis ĩuenit: vbi speculationis sue vela pandat: vbi disputationis sue nauigia exerceat. Quis em̃ nõ videat q̃late pateat hmõi ꝯsiderationis pelagꝰ: q̃ multipliciter se diffũdat hoc mare magnũ ꝛ spaciosum manibus? In huius admirationis immensitate exclamat ꝓpheta: Iudicia tua ĩquit abyssus multa: abyssus ꝓfecto mul

ta: et magna iudicia dei occulta. Multa numerositate magna ꝓfunditate: plane infinita: plane inscrutabilia. Hinc illa miranda spectacula eorum qui vident mirabilia in ꝓfundo. Quãta enim mirabilia putas vident in hoc ꝓfundo: illi qui descendũt mare in nauib⁹: facientes operationẽ in aquis multis? Multi siquidẽ sunt qui cõueniunt ad hoc mare magnum et spaciosum. Sed alij ad transfretandũ: alij ad piscandũ. Ad transfretãdum quidẽ illi qui cupiunt transire de gente ad gentes: et de regno ad populũ alterus. Sed qui inter eos sunt piscatores hominũ: veniũt sane ad piscãdum: laxantes retia sua in capturã: mittẽtes nunc ad sinistrã: nũc ad dexterã nauigij rete: ad ñi ꝓceptũ includunt sepe multitudinẽ pisciũ copiosam: vagos scz hominũ sensus affectusqz lubricos cõcludentes ac extrahentes in siccũ. Sed nec semp eadẽ retia: sicut nec in eandẽ semp capturã mittunt. Nunc ergo argumentationũ: nunc exhortationum retia laxant. Aliquando ad ꝓbandũ aliqd verum: aliqñ ad improbandũ falsum: aliqñ ad eliciendum aliqd occultum: aliqñ ad psuadendũ iustũ: aliqñ ad dissuadẽdũ aliqd iniustũ. Isti sane qui nouerunt facere hmõi operationem in aquis multis: Isti inquã sunt qui vident mi-

rabilia in ꝓfundo. Ab istis etem̄ trahit̄ sapiē-
tia de occulto. Audi quid dicat magn⁹ ille cō
templator sapiētie: Q̄r magnificata sunt opa
tua domine: omnia in sapiētia fecisti. Omnia
inquit in sapientia fecisti: absq; dubio miran-
da erant: que viderat: qui sic exclamabat. Vi
debat sane mirabilia in ꝓfundo: ⁊ sapientiam
trahebat de occulto: qui oīa in sapiētia facta
deꝑhendit: ⁊ indubitāter agnouit: ꝙ sapiētia
attingeret a fine vsq; ad finē fortiter: ⁊ dispo-
neret oīa suauiter. Ecce quō in omnib⁹ operi-
bus diuinis hinc aurū sapiētie apparebat: au-
rū sapientie lucebat: quō in eius oculis sapiē-
tie diuine claritas oīa operuerat. Iste ꝓfecto
bñ nouerat: facileq; poterat arcā suā deaura-
re: īmo constat satis eū iam arcā suā ab omni
ꝑte auro obduxisse: q̄ sic ꝑ admiratōis sue ma
gnitudine cogit̄ exclamare: Oīa in sapientia
fecisti. Conemur ⁊ nos quātū possum⁹: ⁊ de-
sudemus in arca nostra deaurāda: vt appare-
ant etiā nobis diuina opera: oīa in sapiētia fa
cta: vt inquātū licet ītelligam⁹: ⁊ q̄ intelligere
nō licet saltē sine hesitatiōe credam⁹ oīa in sa
piētia facta: nec solū ea que facit: sed ⁊ q̄cūq;
fieri ꝑmittit: nunq̄ sine rōnabili ꝯtingere cā:
nec sine diuina q̄uis occulta actitari iusticia.

Quomodo se philosophi in hu-

ius contemplationis materia exercu erunt: Ca.IX.

Sed neq; hic silentio pretereundũ puto: quomõ huius mundi sapiẽtes studuerunt arcas suas deaurare: vt vel sic pudeat nos in arce nostre deauratione nõ laborare. Satagebant itaq; ⁊ ipsi gẽtiũ philosophi sapientiam trahere de occulto: occultas rerum causas rimãtes: ⁊ vsq; ad abditos nature sinus ingenij sui acumine penetrantes eruebant aurum de ꝓfundo. Ceperunt ergo latentes rerum causas inuestigare: inuenire: ⁊ palam ꝓferre: ⁊ dubia queq; nõ dubijs assertionibus ꝓbare. Inuenerunt itaq; multa inuestigatione ꝓfunda: et admiratione digna: vnde tremor terris: quare maria alta tumescunt: ⁊ cetera multa in hunc modũ inuenientes: scriptoq; commẽdantes: ad posteros transmittere curauerunt. Arcam itaq; suã ex magna parte: sed exterius tantũ deaurare potuerunt. Nam vt eã intrinsecus deaurarent: erat eis parua cura: possibilitas nulla. Cito si quidem eorũ defecit pecunia: nec erat eis auri tanta copia quo possent eam deaurare intrinsecus: quippe quib⁹ pecunia defecerat: ad eã exp te nature ex integro deaurãdã extrinsecus. Nõ erat em̃ eiusdem facultatis phisicas

rerū rationes inuenire: ⁊ occultas in his q̄ accidunt iusticie causas diudicare. Lōge aliud est latentes rerū causas p̄m phisicam rationē inuestigare ⁊ astruere: ⁊ longe aliud diuinorū iudiciorū rationē nō ignorare. Inuestigatio nature ad arce nostre deaurationē extrinsecā: assertio diuine iusticie ptinet ad deaurationē intrinsecā. Ad hāc vtiq; penitus defecerunt: putātes casu potius q̄ diuino nutu oīa accidere: sacrāteq; aram fortune crediderūt deū res hūanas minime curare: p eo q̄ cernerent eque cōtingere bona: ⁊ mala bono: ⁊ malo iusto ⁊ iniusto: immolāti victimas ⁊ cōtemnēti eas: ⁊ ipse cui⁹ palpebre interrogāt filios hominū oriri faciat solem suū sup bonos et malos: ⁊ eque pluat sup iustos et iniustos. Nos autē quibus abūdat tā aurū tā de emolumento laborū nostrorū: q̄ de spoliis egyptiorum: arcā nostrā vestire curemus: nō solū exterius verū ⁊ interius. Attēdamus quomō in sapiētia sua fecit hec omnia: quomō sapiētia sua fūdauit terraz: ⁊ stabiliuit celos prudētia. Quō sapia illi⁹ eruperūt abyssi: ⁊ nubes rore cōcrescunt: ⁊ arcā nostrā deauraūimus: sed extrinsecus. Cōsideremus nihilomin⁹: qm̄ vniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas: quō sit iust⁹ domin⁹ in omnib⁹ vijs suis: ⁊ sanct⁹ in oīb⁹

operibus suis: ⁊ deauravim⁹ eā intrinsecus. Quō putas oēm lignorū pulchritudinē in arca sua auro obduxerat: qui manifeste dephenderat: ꝓstanterq; de dño affirmabat: quoniā miserationes ei⁹ sup oīa opera eius: Studeamus ⁊ nos iuxta exemplū ꝓphete auro huiusmodi oīa tegere: et eo vsq; sub tali fulgore abscondere: quatenꝰ in cōparatione diuine rationis atq; dispositiōis: p quā facta sunt: atq; dispositā exteriorū omniū pulchritudo ī oculis nostris appareat parua vel nulla.

De distinctione secunde contemplationis: Ca.X.

Superius vbi de primo cōtemplationis genere locuti sum⁹: septē illud gradibus distinximus. Longū esset mō singulos pcurrere: ⁊ quō p omnes cubitos tā in longitudine q̄ in latitudine: vel in altitudine arca deaurari debeat ostendere. Sed ne nimis hoc longū faciamus: his interim supsedere melius iudicauim⁹. Si quis aūt satagat se in hoc opus accingere: ⁊ arcam suā ambigat auro supducere: nihil exteriorib⁹ scientijs ōb est: ⁊ secularib⁹ disciplinis sapie aurū mutuare: dūmodo sciat ipsū ab omni falsitatis vel vanitatis scoria mūdare: ⁊ ad plenā pfectāq;

puritatē: ⁊ qualē huius operis dignitas exigit medullitus excoquere. Diximus autē arce nostre deaurationē constare in assignanda rerū visibiliū ratione. Quis autē nesciat quō tota pene mundana philosophia in hoc maxime laborat: vt latētes rerū visibiliū causas sagacitatis sue inuestigatiōe inueniat: ⁊ in palam ꝑducat? Uide q̄ magnas: q̄ multas doctrine opes: sciētieq; gazas: preclara illa philosophorum ingenia cōquisierunt: reposuerunt: tibiq; in eiusmodi vsus reliquerūt. Uerumtamē hec omnia (vt dictum est) in solam extrinsecam arce deaurationem sufficere possunt. Si autē eam intrinsec⁹ deaurare cupis: melius tibi in eiusmodi vsus a christianis theologis: q̄ a mūdi philosophis materiā requiris. Uerūtamē sicut illorū defecerūt gaze ad arce deaurationē extrinsecā: sic nec istorū sufficere possunt: ad eius deaurationē intrinsecam. Nam nec illi occultā rerum naturā plene ꝑspicere potuerūt: nec isti occultam dei iusticiam ꝑfecte penetrare valuerunt. Sed ecce vnum adhuc tibi thesaurorū ostēdimus: quē in id negocij ⁊ superabundantē ⁊ indeficientē esse cognouimus. Certe vbi intelligentie aurum defecerit: fidei obrisum deesse non poterit. Sane si omnia philosophorū dicta: si om

nia catholice ptractata perlegere: memorieq; cõmendare potueris: innumera tamẽ in secretioribus nature finibus: in diuinorũ iudiciorum archanis inuenies: quorum rationẽ penetrare nõ valebis: sed que intelligere nõ potes: credere potes. Quoꝝ igitur rationem pspicere non vales: nihilominus tamẽ ex fidei regula iusta ⁊ ordinata non dubites. Idcirco tibi in eiusmodi dicitur: Si non crediderit-is nõ intelligetis. Crede ergo cuz beato Iob: quia nihil fit in terra sine causa. Crede quia iudicia domini vera iustificata in semetipsa: ⁊ deauraſti arcam tuã extra ⁊ intra.

De proprietate secunde contemplationis: Ca. XI.

Ictũ est aũt hoc cõtemplatõis genꝰ hoc habere cõmune: cũ supiori imaginatione videlicet versari: ⁊ circa rẽ visibiliũ atq; imaginabiliũ cõsiderationẽ occupari. In hoc tñ maxime distant: qꝫ in illo quidẽ nihil ratiocinãdo querit: sed totum ꝑm imaginationẽ ducitur: istud autẽ ꝑm ratiocinationẽ texitur: et ꝑm rationẽ formaꝫ. Illud autẽ est in imaginatione ꝑm imaginationem: illud vero in imaginatione ꝑm rationez. Notandum autem qꝫ nec in ea quidem parte que fidei innititur: potius ex intelligentia texitur:

nec in ea inq̃ parte ꝓprietatis sue terminos vsq̃quaq̃ transgredit̃. Cũ em̃ innumera dei opera discreta ⁊ ordinata: cũ innumera eius iudicia iusta ⁊ vera: intelligẽtie sue viuaciter ꝑspiciat: ex his que recta esse intelligit: recta ⁊ illa esse ꝑpendit: quorũ rationẽ penetrare nõ sufficit. Vides ergo qꝛ hec speculatio: nec ibi quidẽ vbi fidei vestigia sequit̃: a ratiocinationis sue tramite penit⁹ abducit̃. Adeo autem hec de qua modo loquimur speculatio ꝟm rationẽ agit̃: vt ipsa etiã imaginatio in ea ꝟm rationẽ disponi ⁊ ordinari videat̃. Nã in prima quidẽ cogitatio: quo eã ducit admiratio solaꝫ sequit̃ imaginationẽ. In hac aũt ipsa imaginatio format̃: disponit̃: ⁊ moderatur ꝑ rationẽ. Dũ em̃ quis rerũ visibiliuꝫ rationẽ tacita inuestigatiõe querit: nõ solũ eas sibi sub alio ordine ꝓponit: q̃ eas per sensum inuenit: verũ etiã sub alia sepe forma depingit. Eo enim citi⁹ inuenit rationẽ: cur ita fieri vel ordinari debuissent: quo videt mala que sequerent̃ si aliter essent. Sicut em̃ ĩ priori imaginatio p⁹ se cogitationẽ trahit: sic in ista ratio imaginationẽ circũducit atq̃ disponit. Idcirco autez vtraq̃ ĩ imaginatione cõsistere dicit̃: qꝛ circa illa quidẽ vtraq̃ ꝑ intentionẽ vel inuestigationẽ occupat̃: que quotiẽs volumus ꝑ imagi-

nationē repſentamus. Quotieſcūq; eñ animus in hac gemina ſpeculatiõe p diuerſa ſpectacula rapit̃: ſemp ſpeculãtis obtuit⁹ p intentionis ſue ꝓpoſitū vel ſtudium in imaginatione defigitur.

De tertio contemplationis genere: Ca. XII.

Nunc vero de tertio cõtemplationis genere videamus. Ad hoc itaq; genꝰ ptinet: quotiẽs p rerū viſibiliū ſimilitudinẽ rerū inuiſibiliū qualitatẽ deꝓhendimus: quotiẽs p viſibilia mũdi inuiſibilia dei cognoſcimus: ut cõſtet qõ ſcriptū reperitur: qz inuiſibilia dei a creatura mũdi p ea que facta ſunt intellecta cõſpiciunt̃. Recte autẽ hec cõtemplatio: que vt ad inuiſibilia aſcẽdat: baculo ſe corꝓꝛee ſimilitudinis ſuſtẽtat: z q̃daz (vt ita dicã) corꝓꝛaliū ꝓꝓietatū ſcala ſe ad alta ſubleuat. Recte inquã hec ꝓtẽplatio per coꝛonã arce deſignat̃: que ab inferiori quidez parte ligno affigitur: ſed a parte ſupiori ligni menſurã ſupgredit̃. Coꝛona itaq; ſupioꝛa arce ambit: z ex parte infra lignuz deſcendit: ex parte tñ maiori menſurã ligni tranſcẽdit. Sic nimirũ: ſic iſta ſpeculatio vſq; ad indagãdas rerũ corꝓꝛeaꝝ ꝓꝓietates ſponte ſe inclinat:

vt habeat vnde ex istis ad illa similitudinem trahat. Aerūtamē se latius expandēs inferiorum angustias intra se includit: nec his contēta que ex similitudine colligit: sed alia ex alijs argumētando cōijciens: et ratiocinando colligens: cōsequentiū executione omnē corpoream similitudinē lōge post se relinquit: et arce nostre suprema alta cōsideratione trāscendit. Jn hunc itaq; modum arce corona innititur: dū in altū erigitur: quia cōtemplantis animꝰ ad inuisibilia cōprehendenda ex rerū visibiliū similitudine nō parū adiuuat. Tunc autē corona supra arcam se expandit latius: et erigit altius: quādo subtilis cōtemplatoꝛ manifeste cōprehēdit bona inuisibilia visibilibus: et multitudine amplioꝛa: et dignitate excellentioꝛa. Longe em̄ copiosioꝛ est bonoꝝ iuisibilium magnitudo: q̄ vt eam repsentare possit coꝛporaliū similitudinuꝫ tanta multitudo. Habent autē coꝛporea omnia ad inuisibilia bona similitudinē aliquā: sed alia infimā quādam: et valde longinquaꝫ et pene extraneam: alia autem viciniozē et manifestioꝛem: et quanto ꝓpinquioꝛē tanto euidentioꝛē: et sup hec alia valde ꝓpinquam et cognatā (vt sic dicaꝫ) et penitus expressam: intantū vt videant inuisibilibus iam nō apꝛopinquare: sed inherere

⁊ inseri potius q̃ accedere. Ab ipsis ꝯ que ad illa vicini⁹ ascẽdũt: ⁊ que inuisibiliũ imaginẽ euidẽtiorẽ gerũt: debem⁹ vtiq; silitudinẽ trahere: vt ad ea que ꝑ expientiã nõ nouim⁹: ꝑ ea q̃ cognouim⁹ intelligẽtia nr̃a possit ascẽdere. Hinc est ꝙ corona arce nõ vsq; ad eius inferiora descendit: que tamẽ se ei in eius superioribus cõiungit.

Quõ in hoc ꝯtẽplatõis genere hõ incipiat esse spiritualis: Ca. XIII.

In hoc primo statu docet homo esse animalis: ⁊ discit effici spiritual': eo ꝙ tũc incipiat spũalia spũalib⁹ cõpare: et reformari in nouitate sensus sui: satagẽs q̃tidie magis: magisq; sapere que sursum sunt: nõ que super terrã. Magnus vtiq; labor consueta deserere: ⁊ inolitarũ cognitionũ vel cogitationũ infima in imo relinquere: ⁊ alta perscrutatõe de terrenis ad celestia euolare. Hic primo illa que docet hominẽ scientiam dei sapientia: lux illa que illuminat omnẽ homines venientem in hunc mundum incipit se ingerere: et lucis sue radios nunc mẽtis oculis infundere: nũc subtrahẽdo iterꝝ abscõdere. Crebro itaq; animũ lustrat: et nũc ad alta ~~euolat~~: eleuat ⁊ iterꝝ ad ima deponit: ⁊ sibi relinquit: ꝫ iterũ

inopinate redit: ⁊ vbi nō sperabat occurrit: et se hilarē ostendit. Incipit hic demū quoddā mire visionis preludiū: ante intuētis aspectū formare: ⁊ sicut aquila puocans ad volandū pullos suos: assiduo reuolationū suarū euolatu: ⁊ reuolatu seipsam in diuersa rapere: ⁊ cōtemplantis animū ad volandi desideriū primo icitare: ⁊ qñq; ad plenū volatū pfecte informare. Hic primū animus antiquā dignitatē recuperat: ⁊ ingenitū ꝓprie libertatis honorē sibi vendicat. Quid em̄ spiritui rationali tam alienū: quid indigne seruituti taz obnoxium: q̄z vt illa creatura que vere spūalis est spūalia ignoret: ⁊ que ad inuisibilia ⁊ summa bona facta est: i inuisibiliū contēplationē: nec saltē assurgere quāto min⁹ stare valeat: Hinc (vt arbitror) satis apparet hmōi speculatiōis familiaris assiduitas: et assidua familiaritas: que tertiū locum tenet: q̄z recte per coronam designatur: q̄z cōuenienter corona nominat: p quā victor animus coronat. Hanc itaq; spiritualis scientie coronā accepit: quisq; ab huius exilij erūnis: ad inuisibiliū gaudiorum libertatē mentis cōtemplatione trāsire potuit: vbi tandē spirit⁹ ille rationalis: qui diu sederat in tenebris: ⁊ in vmbra mortis: vinctus in mēdicitate ⁊ ferro: discussis tandē tenebris ig

norantie: diruptis catenis cōcupiscētie: in ei⁹ sane virtute: que educit vinctos in fortitudine cōterens portas ereas: ⁊ vectes ferreos confringens inueterate ꝓsuetudinis: ⁊ obduratiōnis angustias superās: p mediā infinite multitudinis aciem: infimorū desideriorū et carnaliū cogitationū vndiq; occurrentiū: ⁊ vsq; quaq; obsistentiū violēter erumpit: ⁊ vix tandem se in sui iuris palaciū recipit: dū se in celestis habitaculi soliū totum colligit: vt de cetero cū suis cōmilitonibus: similibusq; triumphatorib⁹ fiducialiter psallere possit: Nostra cōuersatio in celis est.

De distinctione eor̄ que ad hanc speculationē ptinent: Ca. XIIII.

n Standū autē q; corone nostre nulla mēsura pscribitur: sed in eoipso q; corona nominat: eius mensura ex maiori parte determinat. Nā coronā nō nominaret: q; superiora arce ab omni parte nō cingeret atq; coronaret. Juxta igitur longitudinē vel latitudinē arce coronā extēdi vel distendi oportuit: vt ipaz cīgere atq; coronare posset. Constat itaq; eā fm dimēsionē arce duos cubitos ⁊ semissem in lōgitudine: cubitū autem vnū ⁊ semissem habere in latitudine. Nō aūt

equa ratione eius altitudinē estimare possu-
mus: nec etiaz debemus altitudini arce equa
re. Nequaqz enī coronā diceret: si totā arcaz
vestiret: ec non potius eius solūmodo supre-
ma ornaret. Sicut autē superius iam dixim⁹
propriū huius speculationis est: ab inuisibi-
libus ad inuisibilia similitudinē trahere: t ex
illoꝝ cōsideratione ad istoꝝ cognitionem
ꝓpositę similitudinis assignatione ascendere.
Si vna ergo vtrobiqz mensura fuit: si eandez
ꝑsus hinc arca: illinc corona: tam longitudi-
nem qz latitudinem habuit: quid in his aliud
oportet intelligere: qz vt discamus ex illis om
nibus ad inuisibiliū inuestigationē similitu-
dinum rationū trahere: ex illis omnibus in-
qz que diximus ad arce nostre longitudinem
vel latitudinē ptinere. Pertinet aūt vt dictuz
est ad longitudinē arce in speculatione rerum
ꝓsideratio materie: forme t nature. Ad ei⁹ ve
ro latitudinē operatio tā nature qz industrie.
Ex his itaqz omnib⁹ ad inuisibiliū inuestiga-
tionem cōgruas similitudinū rationes erue-
re possumus t debemus: t cū eiusmodi indu-
strie vsum in ꝓmptu habuerim⁹: quali opor-
tuit: vel decuit arcam nostrā corona circūdu-
ximus. Dictū est autē ptinere ad arce altitu-
dinē in morū consideratione tam humanā qz

diuinā institutionē: ita vt intelligētie nostre arca plenū aubitū videat habere ex institutiōe hūana: semissem vero ex institutione diuina. Sed qd est q dicta cozona videt sola supioza arce tangere: nisi qz cōstat hūana instituta ad inuisibilia t spiritualia: valde longinquā t oīno peregrinā similitudinē habere? Quis illa nesciat inuenta in vsū tpalitū: nō in typū eternozū? Creatozis aūt opa quelibet visibilia ad hoc sunt creata: sic sunt disposita: vt i psentis vite vsibus ministrarēt: t futurozū bonozum vmbrā gererent. Unde fit etiā vt operatio industrie inquantū imitat naturā: intantū se gestet inuisibiliū: vel futurozū vmbrā. De cetero aūt humana instituta tanto ab inuisibiliuz similitudine pegrina sunt: quanto inuentozes eoz in illozū institutione nihil tale cogitauerunt. Quotiens tñ in istis ad illa aliquid similitudinis inuenim⁹: videam⁹ ne forte in aliquam illaz p̄sideratiōnū cadat: quas superi⁹ lōgitudini vel latitudini arce assignauim⁹. De diuinis aūt institutis notandū est: q quedā in eis debemus simplr intelligere: t nihil in eis mysticū q̄rere. Quedā vero t iuxta lr̄e sensū exercere debēt: nihilominus tñ mysticū aliqd figurare habent. Quia ergo in p̄ceptis sublimiozib⁹: t ad intelligendū p̄fundiozib⁹ mystica

intelligentia requirit: dimidius ille cubitus qui arce nostre altitudini in diuinis institutionib⁹ ascribit: quasi in suis superioribus corona aure decorat. Sed nec in hac quidē parte similitudinis accōmodatio: ab illaruz quinqz supradictarū ꝓsiderationū ꝓpietate penitus recedit. Unde est ꝙ corona ita se iuxta longitudinē latitudinēqz arce distendit: vt ipsā vndiqz ambire possit.

Quō hoc speculationis genus recte in q̄nqz gradus diuidit: Ca. XV.

Ecte itaqz tertiū cōtemplationis genus in quinqz gradus distinguit ꝑm quinqz dictos illos ꝓsiderationū modos: ex quibus inuisibiliū inuestigatione similitudinū ratio querit vt assignat. Cū em̄ similitudo ex aliquo ad aliquid assumitur: ꝑm eosdē modos vario ordine formaꝫ. Primus itaqz modus est: qū similitudo sumit ex eo vñ ipsum est: vel potius ex eo qō ipsum est. Secūdus ꝫ tert⁹ similitudinē trahit: ex eo qō in ipso est. Quartus ꝫ quint⁹ ex eo qō ꝓpriuz ē. Et secūdus quidez ex eo qō in ipso est: sed extrinsecus. Tert⁹ vero ex eo qō in ipo est: sed intrinsec⁹. Quartus vero ex eo qō ꝓpm fit. sed ꝓposito volūtatis. Primus ergo huiusce

modi ratiocinationis modus in hac specula/
tione trahit: ex materie ꝓprietate. Secūdus
ex rei ipsius qualitate extrinseca qō diximus
formā. Tertius vero ex qualitate intrinseca:
qō superi⁹ diximus naturā. Quart⁹ aūt mo/
dus colligit ex eo q in re ipsa: vel ab ipsa fit:
ſm modū naturalē. Quintus deinde ex eo q
agit ſm modū artificialē. Ex ꝓprietate mate/
rie ſimilitudo trahit cū dicit: Crura illius co
lumne marmoree: que fundate ſunt ſup baſes
aureas. Qualitas extrinſeca cōſtat in colore:
t figura. A colore ſimilitudo aſſignat: eo q le
gitur: Dilectus me⁹ cādidus t rubicūdus. A
figure qualitate ſimilitudo ſumit: vbi myſti/
ca deſcriptōe ſacre ſcripture q̄litas cōmēdat:
cū dr: Aſpectus earū t opus earū quaſi ſi ſit
rota in medio rote. Nota q extrinſeca quali/
tas ptinet ad ſolū viſum: quēadmodū intrin/
ſeca qualitas ad quēlibet ceterorū ſenſuū. Ad
auditū ptinet illa aſſignatio ſimilitudinis: vbi
audis: Et vocē quā audiui tanq̄ vocē citha/
redorū citharizantiū in citharis ſuis. Ad odo
ratū aūt illud reſpicere videt: vbi ſapientia
de ſe ipſa loqt: Sicut cynamomū t balſamus
aromatizans odorē dedi: quaſi mirrha electa
dedi ſuauitatē odoris. A delitijs guſtus ſimi
litudo aſſumit: vbi eadē ipſa de ſemetipſa fa/

tetur: Spiritus meus sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel et fauum. Delitias tactus redolet: qđ alias habemus: Sicut vnguentũ in capite qđ descendit in barbã barbã aaron. Hec de qualitate intrinseca dicta sunt: pro ea videlicet parte qua eã corporei sensus attingere possunt. Naturalis operatio ꝑ similitudinis gratia in ꝯsiderationẽ adducit̃: cũ a domino ꝓphete voce ꝓmittit̃: Quõ descendit imber ⁊ nix de celo: ⁊ illuc vltra nõ reuertit̃: ꝫ infundit terrã: ⁊ inebriat eã: ⁊ germinare eã facit: ⁊ dat semẽ serẽti: ⁊ panẽ cõmedẽti: sic erit ꝟbũ meũ qđ egredieť đ ore meo. Ab artificiali operatõe est illa sil̃itudinis accõmodatio: quã audis ab apostolo: Supedificati sup fundamentũ apostolorũ ⁊ ꝓphetarũ ipso summo angulari lapide christo iesu. Hec tibi de similitudinũ ratione in corone nostre fabricatione quẽadmodũ supius in arce deauratiõe: quasi quedã doctrine semina studuimus spargere: vt habes vnde possis cũ volueris copiosam sciẽtie segetẽ colligere. Nam vt hic locus plene ⁊ sufficiẽter explicari possit: ꝓprium tractatum requirit. Tanto hic locus maiori et diligentiori inquisitioni reget: quãto huic ratiocinationi tota huiꝰ speculationis ratio incumbit. Constat aũt in hac ⁊ in sequenti specula-

tione maximã: & pene precipuã spiritualiũ virorum consolationẽ nostris tẽporibus ineſſe. nam pauci admodũ sunt: qui ad nouiſſima illa duo contemplationũ genera poſſint aſſurgere. Qui autẽ hoc plenius perſcrutari voluerit: meminerit q̃ iuxta modũ arce corona ipſius quattuor latera habuit.

Quę illa que ad hanc ſpeculationẽ pertinent aliter adhuc diſtingui poſſunt: Ca. XVI.

Et aũt aliud q̃ in hac corona recte notare poſſumus: ſi p illã inuiſibiliũ bonorũ plenitudinẽ intelligere debemus. Corona ſiq̃dẽ ꝓpitiatoriũ ab omni pte ambiebat: & intra ſeipſam totum includebat. Illã quãtum ad cõpoſitionẽ arce ptinet: nihil aliud ꝓpitiatoriũ q̃ eiuſdẽ arce operculũ eẽ intelligi debet: quedã videlicet tabula aurea ex auro puriſſimo: ex integro facta: q̃ ab inferiori quidẽ pte ab arce ſũmitate excipiebaꝫ: & ab omni (ſicut iã dictũ eſt) pte corona aurea cingebaꝫ. Per hec itaq̃ duo ſcz coronã & ꝓpitiatoriũ: duo intelligim⁹ gnã ꝓtẽplationũ: vnuꝫ de inuiſibilib⁹ bonis: alterũ de inuiſibilibus ſubſtantiis: vt in ſpiritibus angelicis vel hũanis. Quid eſt ergo q̃ corona totum ꝓpitiatorium intra ſe includit: niſi q̃ beatitudo iuſtorꝫ

omne desiderium eorum intra se cõprehendit. Nos q̃diu sub egenis hui⁹ mundi elementis viuim⁹: desideria nostra vltra gaudia nostra extẽdimus: qz infinite plura sunt que cõcupiscimus: q̃ que in hac vita cõprehendere possumus. Beata aũt illa supnorũ spirituũ multitudo desideria sua: vltra gaudiorũ suorz plenitudinẽ nõ extẽdit: q̃ felicitatis sue infinitatẽ vel imensitatẽ cõprehendere oino nõ sufficit: quã beatitudinis sue corona vndiqz cingit: et vsqz quaqz magnitudinis sue sinu icludit. Est autẽ eorz gaudiũ nõ solũ de cõtẽplatione creatoris: sed etiã in cõtemplãdis eius creaturis. Dũ em deũ in omnib⁹ operib⁹ suis mirabilẽ inueniunt: quid mirũ si vtiqz mirãdo venerãtur: z venerãdo mirant magnalia ei⁹ quẽ diligunt: Inueniũt vtiqz nõ solũ in creaturis incorporeis: sed in creaturis corporeis: vñ mirent: sed etiã vnde earũ creatorẽ digne venerentur. Alia ergo sunt que supra se: alia que vident in se: atqz alia que vident sub se. Hec oĩa iugiter cõtemplant: cõtemplãtes mirãtur: mirantes letant: letant de diuina cõtemplatiõe: congratulant de mutua visione: delectant in reruz corporaliũ speculatione. Pars infima corone que sub pitiatoriũ descendit: z ligno affigit: iocundũ illud spectaculũ designat: qõ

habent in inferiorib⁹ creaturis. Media pars corone q̄ ꝓpitiatorio iungit̄: ardētissimū illud charitat̄ desideriū figurat: qd̄ ꝯtrahūt int̄ se de iocūditate mutue visionis. Sup̄ma pars corone que supra ꝓpitiatoriū eleuat̄: ineffabile illud gaudiū exprimit: qd̄ hauriunt de iugi cōtemplatione sui creatoris. Discam⁹ ⁊ nos ꝯtēplantes mirari: ⁊ mirātes ꝯtemplari: quō illi sup̄ne beatitudinis ciues omnia q̄ sub ip̄is sunt indesinēter aspiciāt: omniū que ab alto vident rationē: ⁊ ordinē cōprehendāt: quō de mutua societate insolubiliq̄ charitate in infinitū gaudeāt: quō in illā diuine claritatis visionē insatiabiliter inardescant: ⁊ arcā nostram coronauimus. Cogitemus quō egrediunt̄ et īgrediunt̄: ⁊ pascua inueniūt: ⁊ arce nostre coronā iuxta cōgruū sibi modū cōsūmauimus. Uides certe ꝙ spiritualia pascua inueniūtur: nō solū in interiorib⁹: verūetiā in rebus exteriorib⁹. In reb⁹ corporalib⁹ absq̄ dubio corporalia bona inquātū bonis inuisibilib⁹ ⁊ incorporeis similia sunt: spiritualibus nimiruꝫ spiritualia pascua ministrare possunt. Naꝫ si nullam oīno bona visibilia ad inuisibilia similitudinē haberent: ad inuisibiliū inuestigationē nullatenus nos adiuuare valerent: nec iaꝫ ꝯstaret qd̄ de ipsis legit̄: Quia inuisibilia dei

ꝑ ea que facta sunt intellecta cõspiciunt̃. Iterum vero si ista ab illis multa dissimilitudine nõ discreparent: ꝓculdubio caduca ⁊ transitoria: ⁊ insufficiẽtia nõ essent. Incõparabiliter tamẽ copiosior est horum ad illa dissimilitudo: q̃ꝫ similitudo. Infinita siquidẽ est ĩ horum cõparatione future plenitudinis supereminens magnitudo. Unde est ꝙ vix arce sup̃ma coronã tangunt: eiusqꝫ inferiorib⁹ iunguntur: quia horũ summa illorũ ima tot similitudinũ suarũ signis nõ nisi ex parte loquunt̃.

Qꝛ in hac speculatõe corporee silitudis manuductõe vtimur: Ca. XVII

Hoc aũt inter scdm ꝯtẽplatiõis gen⁹: ⁊ hoc tertiũ: de quo modo loquimur interesse videt̃: qꝛ illud (vti superi⁹ diximus) versat̃ in imaginatiõe: sed moderatur ſm rationẽ: istud aũt cõstat in ratione: sed sequit̃ imaginationez. In hac em̃ speculatione ꝑ oĩa q̃ anim⁹ multipl̃r scrutat̃: inuisibilib⁹ intẽdit: ⁊ ad illa app̃hẽdẽda innitit̃. In eo itaqꝫ hec speculatio in rõne ꝯsistit: ꝙ illis solis ĩuestigãdis insistit: q̃ corpore⁹ sensus oĩno cape nequit. Sed qꝛ hui⁹ speculatiõis ĩuestigatio ad inuisibiliũ cognitionẽ sine corporaliũ silitudinũ adiutorio nõ ꝑducit̃: imaginatõis manuductionẽ in hac ꝑte rõ sequi videt̃: ⁊ inq̃si-

tiõis sue cursu: eã q̃si ducẽ itineris habere cõ-
uincit. Dũ em imaginatio rõni rerũ visibiliũ
formas repsentat: ꝛ ipam ex earũdẽ rerũ sili-
tudine ad inuisibiliũ iuestigationẽ informat:
quodãmõ illuc eã conducit: quo p se ire nesci-
uit. Nũq̃ em ratio ad inuisibiliũ ꝓtemplatio
nẽ assurgeret: nisi ei imaginatio rerũ visibiliũ
formas repsentãdo exhiberet. Vñ ad illã sili-
tudinẽ traheret: ꝛ iuestigatõis sue modũ for-
maret. Vñ est q̃ ille interior hõ noster exterio
rẽ hoiem ducẽ suũ vocat: cũ dicit: Tu ẏo hõ
vnanimis: dux meꝰ ꝛ notus meꝰ. Certũ nãq̃
est: qz nisi p corporeũ sensũ: animꝰ ad exterio-
rũ noticiã puenire nõ põt. Merito g̃ exterio-
rẽ hoiem: hõ interior ducẽ suũ dicit: sine cuꝰ
ministerio: vel potiꝰ magisterio ad visibiliuꝫ
cognitionẽ nõ ptingit: ꝑ nec ad inuisibiliũ q̃-
dẽ: cũ ad illa cognoscẽda sine hoꝝ noticia as-
surgere nõ possit. Quotiẽs g̃ cognoscẽdaꝝ re
rũ p corporeũ sensũ experiẽtiã capere cogit: to-
tiens nimirũ interior hõ nr̃ ducẽ suũ seq̃ vide-
tur: absq̃ dubio sensus carnis sensum cordis
in cognoscẽdis rebus p̃cedit: qz nisi prius sen
sibilia p sensũ corporeũ animꝰ capet: oĩno nõ
ueniret: q̃d ꝺ eis saltẽ cogitare potuisset. Sꝫ
forte mirũ nõ est: si sensum cordis sensus cor-
poris illuc ducit: quo ipse ire potest. Sed illõ

valde mirabile ꝙ illuc eũ ꝯducit quo ipse ascẽ
dere nõ põt. Sensus siquidẽ corpore⁹ incor-
porea nõ capit: ad q̃ tñ sine ei⁹ manuductiõe
ratio nõ ascẽdit: sicut iam supra mõstrata ra-
tio docuit. Certe et si homo minime peccas-
set in cognitione rerũ sensus exterior interio-
rẽ adiuuaret. Nã euam suã in adiutorium ac-
cepisse adam quis neget? Aliud est cursus sui
comitẽ habere: ⁊ aliud est itinerꝫ sui ducẽ que
rere. Nã quõ eua viꝝ suum semel ꝯtra dei cõ
siliũ vel p̃ceptũ post se traxit: ⁊ ad consilij sui
cõsensum inclinauit: p̃uaricationis sue pena
infirmatus Adã iam eã sequi necesse habet:
⁊ vsq; nunc quotidiano eius magisterio eget.
Verũtamẽ tunc de adiutoris sui ducatu: non
solũ nõ cõfundit: sed ⁊ gloriat: qñ interueniẽ-
te eius obsequio ad inuisibiliũ ꝯtemplationẽ
corporearũ similitudinũ calle ꝑducit. Homo
inquit vnanimis: dux me⁹ ⁊ notus me⁹. Quõ
aũt sit interior dux suus vnanimis: vel not⁹:
satis (vt arbitror) patet: nec multa expositiõe
indiget. Cogita nunc quõ motui cordis mo-
tus corporis vltro occurrit: ⁊ citi⁹ inuenis q̃
vnanimis ei sit. Statim vt anim⁹ vult: moue
tur pes: vel manus: ad nutũ eius circũfertur
oculus: ad eius arbitriũ mouetur lingua: mo
uẽtur ⁊ labia: vel alia queq; corporis mẽbra.

Quid queso in rerū natura dissimili⁹ q̄ spiritus ⁊ corpus? Verū tamē vbi obsecro tantam tam pfecte cōcordie vnanimitatē inuenimus: vt pene īmo penitus eodē tēpore sit fieri velle ⁊ fieri moueri: velle atq; moueri? Vnū solū quidē corporis est mēbrū in ea videlicet parte qua libido regnat: qđ interioris hois impe rio nō obtemperat. Cū vero hanc ei⁹ cōtradictionē ex diuino adiutorio p moderatā afflictionē poterit reprimere: tā deinceps audet eū vnanimē dicere: ⁊ hominē pacis sue appellare: Homo inquit pacis mee. Ecce quō vnanimis: sed quō notus? Illud quidē satis cōstat: q̄ q̄quid ī qualibet pte corpis agit: vbicūq; leditur: vbicunq; quali delectatione fouetur: statim ad animi noticiā puenit: vt eū oīno latere non possit: q̄cūq; afflictio vel delectatio sensum corporeū afficit. Et sicut mot⁹ cordis absq; contradictione statim exit p motū corporeum: sic omnis sensus corporis absq; mora intrat in animū. Et sicut in omni actōe sua corporalis mot⁹ arbitrio cordis obsequitur: sic omnis passio corporalis absq; repulsa ad animū ingredit. Et q̄ vere nulla corporis iniuria: vel oblectatio animū lateat: illa tā subita cōpassionis vel cōgratulationis velocitas ꝓbat. Nam sicut vno eodēq; tēpore est mo/

ueri velle atq; moueri nolle: sic vno eodemq; momẽto est corpore pati: & corde cõpati: exterius delectari: interi⁹ cõgratulari. Elige quid magis mireris: aut corporis ad animũ tam celerem obedientiã: aut animi ad corpus tam familiarem noticiã. Mira obedientia: vbi omne animi desiderium motus corporis pene preuenit. Mirãda noticie familiaritas: vbi q̃quid corpus sentit animus pene presentit. Et nunc q̃dẽ ille interior noster homo de hac domestici sui tã familiari noticia habet vnde miretur: nõ tamẽ vnde glorietur. Non magna gloriatio animi nosse que soleant corpus suum delectare: vel ledere: sed illud ꝓculdubio magnũ erit: cũ iam multis experiẽtie documẽtis nosse ceperit: qua discretiõe debeat appetitui carnis et in necessarijs obtẽperare: et in supfluis cõtraire: ne si nimis foueat suscitet sibi hostem & nutriat rebellem: vel si nimis affligat perimat ciuem: & oppримat adiutorem. Sane ad hmõi noticie perfectionẽ animus vix ꝑ multa argumẽta: vix post multa experimẽta pertingit: sed ea semel adepta ex illa nimirũ non parum ꝓficit: sine hac nunq̃ poterit adam adiutorio suo bñ vti. Per hanc docetur exterior hõ noster delitias egypti paulatim fastidire: tandemq; obliuisci. Assuetusq; nihilominus

spiritualibus alimentis delectari. Mirũ hoc vel poti⁹ ĩcredibile alicui videbit̃: ꝫ si mihi inde nõ credit̃: vel expto credat̃. Audiam⁹ illũ: quẽ hec experientia docuerat: ⁊ attẽdam⁹ q̃d dicat: Homo inquit pacis mee in quo sperabam: qui edebat panes meos. Et in hoc iterꝫ loco. Qui simul mecum dulces capiebas cibos ⁊c̃. Qui aũt sint panes quos interior homo noster exteriori apponit: vel quibus eũ cibis reficiat: manifestat scriptura: que dic̃: Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Et alibi de huiusmodi panibus iterꝫ ait: Surgite postq̃ sederitis: qui manducatis panem doloris. Huiusmodi panẽ homo interior aliquando solus comedit: aliquãdo vt etiam secũ comedat: domesticũ suũ vix multa fatigatione cõpellit. Panẽ suũ spiritus solus comedit: qñ animus quidẽ de peccatis suis dolet: veruntamen lachrymas nulla ratione extorquere valet. Panẽ doloris pariter comedũt: ⁊ cibũ vnũ quasi vnanimiter sumũt: cũ interior homo ꝓfunde ingemiscit: ⁊ ad eius gemitum exterior homo vbertim lachrymas fundit. Prius autẽ omnis homo cõpungit̃ timore: postmodũ vero cõpungit̃ ex amore. Compũctio timoris amaritudinẽ habet: compunctio amoris dulcedinẽ habet. Qui igit̃ adhuc

solo timore cōpungit: cibis quidē spiritalib⁹: minime tamē dulcib⁹ pascitur. Qui vero iam ex eternoꝝ gaudioꝝ desiderio lachrymas fundit: iste pfecto dulcib⁹ cibis spiritalibusq; se reficit. Cuꝫ ergo ceperit homo ille interior domesticū suū talib⁹ cibis reficere: pōt de eo veracit psallere: Qui mecū dulces capiebas cibos. Talibus ergo studijs quāto vteriꝰ hō amplius ad puritatē pficiūt: tāto vtiq; alacri⁹ currunt: Qꝛ vero post tante cōcordie pfectionē carnis ꝛ spiritus: eoꝝ pacē malignoꝝ spirituū infestatio pturbet: ex eo q; subiungitur intelligenti liquide apparet. Quid est enim q; ille qui fm deuꝫ creatus est homo interior de homine pacis sue: de homine vnanimi plāgit: ꝛ mox nō in illum: sed in alios maledictionis iaculū intorsit: nisi q; in illos p increpationem seuit: quoꝝ seuicia pacis sue quietē amisit. Tu vero inquit homo vnanimis: dux meus ꝛ notus me⁹. Qui simul mecū dulces capiebas cibos in domo dei ambulauim⁹ cū consensu. Est subiungit statim: Veniat mors sup illos. Nō dicit sup te: sed sup illos. De illis ergo se vindicat: quoꝝ fraude pacis sue consortem amiserat. Sepe em spiritus malignⁱ: spiritui pacis inuidēres: dū carnē subita: ꝛ vehementi tēptatione fatigant: spiritū pacis ptur-

bant: ⁊ reddunt ei de vnanimi hostē: de duce seductorē: ⁊ efficiunt de noto ignotuꝫ: de domestico inimicū. Sed ecce dū vnum scripture locū plenius ꝑscrutari volumus: circūiacētia ꝑlustrare cōpulsi sumus. Nā dū ꝺ exterioris hominis ducatu dicere aliquid ratiōis ordo expostulauerit: obscuritas circūadiacentiū verborū expositionē nostram paulo latiꝰ nos extendere coegit.

Quomō hoc cōtemplationis genus consistat in ratione ꝟm imaginationem: Ca.XVIII.

Nunc vero ad id redeamus vnde digressi sumus: quō scꝫ ꝑ rerum visibilium imaginationē adiuuemur ad rerum inuisibiliū inuestigationē. In eo eñ exterior homo inuestigationis sue cursu interiorē adiuuat: quo ei inuisibiliū imaginationē ꝑ rerum visibiliū formas reꝑsentat. Et dū ducatus sui officiū explet: illuc istum similitudinū calle ꝑducit: quo ille intrare nō audet. Sic sepe famuli dños suos in via vsqꝫ ad regias fores ꝑeunt: ⁊ tamē istis intro vsqꝫ ad interiora palacij ꝓperantibꝰ: illi exterius subsistūt. Patet ergo (vt arbitror) qꝺ superiꝰ iam diximꝰ: quomō hoc cōtemplationis genꝰ esse quideꝫ

in ratione: z ꝑm imaginationē intelligere debeamus: qz et inuisibilia sunt que mente conspicimus: z tamē ex rerum visibilium similitudine illa nobis formamus. Quid eñ dicimus rerum visibilium formaz: nisi quandam quasi rerum inuisibiliuz picturam? Sic modo aliquis qui nūq̄z leonē vidisse se dicat: quē videre desiderat: si et leonis imago in pictura aliqua cōuenienter expressa ostendit: profecto qualē eū cogitare debeat ex eo qđ videt statim admonetur. Deniq̄z ꝑm lineamenta q̄ superficieten? expressa desiderat solida membra: z viuū animal sibi in mente formar. Cogita nunc quantū sit inter illud qđ videt exterius: z inter hoc qđ in sua cogitatione sibi fingit interius. Sic sane in hoc ꝓtēplationis genere longe a se distant: z inuisibiliaque in mēte versamus: z ea que p imaginationez cernimus: z tñ ad illa exprimenda existis similitudinē trahimus. Reddidimus quō potuimus rationē: cur hoc genus cōtemplationis videatur esse in ratione: z ꝑm imaginationē.

Quō ad pmissionē vel opationez dei ptineat: q̄ quid radius ꝓtēplationis plustrat: Ca. XIX.

p Ostulat rationis ordo de circulis et vectibus hoc loco aliqua vel breuit

dicere vt idem ordo seruetur in expositione quẽ auctor seruare voluit in descriptiõe. Primo itaq; ꝓsiderandũ est que sint latera arce: vt ꝓsequẽter possim⁹ agnoscere ꝗs ꝗ in latere circulos debeam⁹ ponere. Per arcã gratiam ꝓtẽplationis accipim⁹: vti supi⁹ iã dixim⁹. Quia igit radius ꝓtẽplationis ab alto radiat: z se in oẽm partẽ ꝑ subleuate mẽtis capacitate dilatat: oĩa que sub ꝓtẽplatiõe cadere pñt: ad hãc se arcã ptinere euidẽter ꝛe oñdũt. Alia vero ꝓsideratio est: ꝙ attendim⁹: eoꝝ ꝙ ꝗdã fiũt: alia iusta: alia esse iusta: z lõge alia ꝓsideratio: illa ꝙ ꝓspicim⁹ vsib⁹ hũanis: alia eẽ cõmoda: alia vero incõmoda. Erigũt ꝙ in arca nr̃a parietes duos sibĩ inuicẽ ediuerso oppositos: hinc vnũ eqtas: illinc alterꝝ iniqtas. Duos vero alios parietes e regiõe se inuicẽ respicientes efficiũt nihilomin⁹ hĩc vnũ ꝑsperitas: illinc alterũ aduersitas. Illud aũt valde admirandũ: z multa admiratõe dignũ: quõ vel voluntas bona: vel ꝙliter volũtas mala: deo oĩa moderãte z iuste disponẽte: hinc mõ aduersitate repellĩt: mõ illic ꝑsperitate religat: ne ℏ vel illa in infinitũ excrescat: z diuine dispositionis modũ excedat. Cogita nũc quẽadmodũ in arca nr̃a parietes se ĩ lõgũ extẽdẽtes: z lõgitudinẽ arce metiẽtes: duo alij parietes ꝑ trãs-

uersũ occurrẽtes hinc inde p̃cidãt: ⁊ ad certã mẽsuram restringant. Juxta hanc vtiq; siliꝫtudinẽ diuina dispensatio diuersis volũtatibus nunc ad votũ famulatur: vt inueniãt quomõ se extendãt: mõ eis aduersat̃: ne destinationis p̃finite moduꝫ excedant. Ne em̃ peffluamus (vt iã diximus) hinc religamur vinculo cupiditatis: illinc obstruimur repagulo necessitatis. Multa em̃ sepe dimittimus ne amittam⁹ qđ diligimus: multa nihilominus ne incurramus qđ odimus. Ubi ergo aduersitas atq; p̃uersitas se inuicẽ collidunt: quodãmodo in arca nostra angulũ efficiunt. Ubi vero p̃speritas atq; aduersitas inuicẽ occurrũt: alteꝝ angulum cõponunt. Occursio vero equitatis ⁊ p̃speritatis tertiũ angulũ constituit. Collisio autẽ equitatis ⁊ aduersitatis quartũ coniungit. Ad primũ angulũ corripiunt̃ mali: ad q̃rtum corriguntur boni. Itẽ ad secundũ destituunt̃ mali: ad tertiũ p̃tegunt̃ boni. Per aduersitatẽ siquidẽ reprobi corripiũtur: nõ aũt corriguntur: si em̃ seipsos corrigerẽt vtiq; reprobi nõ essent. Sꝫ p aduersitatẽ boni a malis suis corrigunt̃: seu etiã ad meliora p̃mouẽtur. Itẽ p p̃speritatẽ mali in seipsis resoluũt̃: ⁊ a deo destituunt̃: boni autẽ per p̃spera ⁊ ad bona fouent̃: ⁊ a malis p̃tegunt̃. Igit̃ prim⁹

angulus est ad cozreptionē: secūdus ad destitutionē: tertius ad ꝓtectionē: quartus ad cozrectionē. Patet aūt q illi parietes p moysen latera arce dicunt: qui longitudinē arce metiuntur. Horū duorum cū ceterorū parietū: sicut in arce cōpositione est quātitas maior: sic in rerū significatione t veritatis ꝓtēplatione est eorū dignitas sublimior. Quis em nesciat cū sit incōparabiliter maior illa que est iusti t iniusti: cū illa discretio que est cōmodi t incōmodi: Prima aūt ptinet ad parietes: qui metiuntur arce longitudinē. Nam illa que est cōmodi et incōmodi: ptinet ad illos parietes q metiunt arce latitudinē. Ad duo itaq latera arce: ptinet q rūlibet cōsideratio: scz que fiunt iuste: seu etiā iuste. Que vero iuste fiūt: quis ignorat fieri dei operatiōe: q iniuste fiunt: sola eius fieri pmissione.

Quomō sapientia dei cum sit simplex t vna diuersis considerationib⁹ in contemplationē adducit: t modo scientia: mō pscia: mō dispositio: mō ꝓdestinatio nominat: Ca.xx.

q Via ergo iam que sint latera arce habemus: quia eiusdē angulos quattuor iam expositione tenem⁹: queram⁹

adhuc qui sint illi quattuor annuli aurei: qui iubentur singuli in singulis angulis poni. De auro satis cōstat: q cetera omnia metalla claritatis sue magnitudine superat: sed diuina sapientia quid clarius: quid lucidius: cui etiam nihil cōparabile inuenimus? De hoc auro q̄si ad diuersas opationes materiaz sumimus: quādo illam que in se simplex & vna est diuerso modo cōsideram⁹. Dei quidē sapiētia cuz sit (vt dictū est) simplex: & vna: mō ꝓscientia dicit̄: mō scientia nominat̄: nūc eam ꝓdestinationē dicimus: nunc dispositionez vocamus. Sic res vna a nobis diuerso mō distinguit̄: vt a nostra exiguitate qualicūq; mō distincta vel ex parte capiat̄. Sciētia est qua oīa cognoscit: ꝓscientia qua ab eterno oīa ꝓuidit: ꝓdestinatio qua ab eterno oēs siue ad mortē siue ad vitā ꝓordinauit: dispositio qua omnia vbiq; incessanter disponendo nihil inordinatū reliquit. Nos nostre ꝓsiderationis modos quasi in circulos flectim⁹: qñ in omni diuine sapiētie ordinatiōe inutiū cū fine cōcordarevidemus. Nunq; em̄ diuina ꝓsciētia in sua ꝓuidentia fallit̄: nunq; diuina ꝓdestinatio in suo ꝓposito decipit̄: nūq; eius sciētia in suo iudicio errat: nunq; eius dispositio in suo cōsilio nutat. Dum em̄ circulus in semetipsū ab om-

ni parte inflectit: in ipso ꝓculdubio sicut nec initiuꝫ sit nec finis inuenit. Illa itaqꝫ nihilominus cōsideratio ad hos circulos ꝑtinet: ꝙ in omni diuine cōp̄hensionis ꝯtēplatiōe initiū: finē: vel mediū mens nr̄a inuestigare non valet. Horū circuloꝝ ambit⁹ ab omni ꝑte ad vnū mediū punctū eq̄liter circūfert: qꝛ om̄is diuina examinatio nusq̄ꝫ in vna re q̄ꝫ ī alia ab vni⁹ ⁊ simplicis veritatis definitiōe longius euagat. Hi circuli in seip̄is oīa cōp̄hendunt: ⁊ suo in sinu vniuersa ꝯcludūt. Hi sūt hi q̄ttuor (vt arbitror) circuli: q̄ ꝑ moysen: ꝑ quattuor arce angulos iubent ordinari.

Qꝛ diuina sapientia ꝟm diuersos contemplationis modos: in quibusdam videatur mirabilior: in quibusdam iocundior: Ca. XXI.

h Horū aūt circuloꝝ duo sedeꝫ hn̄t in latere vno: duo reliq̄ ī latere alio. Singuli itaqꝫ certꝫ locꝫ deputāt: q̄ꝫuis ad toti⁹ arce euectionē oēs pariter cooperent. Ibi em̄ q̄libꝫ hmōi circuloꝝ sedē hr̄e dꝫ: q̄ q̄sqꝫ in loco p̄ ceteris mirabilior seu iocūdior nr̄e ꝯsideratōi apparet. Nā ab eo q̄sqꝫ loco se ampli⁹ elōgat: vbi ꝯtēplantis admiratiōeꝫ min⁹ excitat: vbi ī admirātis aīo minorē iocūditatē ge-

nerat. Accipiunt ꝯ sedez duo in latere vno: et duo inde in latere alio. Superꝰ aũt dictum ẽ quõ ad latus vnũ ꝑtineant que fiunt dei ꝑmissione: vel quõ eque ad latus aliud ꝑtinere videant̃ que fiunt dei opatiõe. Ordinent̃ itaq; in ꝑmissionis latere circulus p̃scientie: ⁊ circulus scientie. Similiter in latere diuine operationis circulus p̃destinationis: ⁊ circulus dispositionis. Vis aũt scire q̃ꝫ recte: q̃ꝫ ordinate circuli qui dicunt̃ sciẽtie: vel p̃scientie illis maxime p̃sident: que fiũt dei ꝑmissione. Cogita ergo si potes quãta admiratione dignũ sit: ꝙ hec oĩa potuit p̃scire ab eterno: quoꝝ est tam innumera multitudo: ⁊ tam multiplex variatio. Sed hec eius p̃scientia cũ sit in vtrisq; mirabilis: mirabilioꝛ tamẽ apparet in rebus malis: q̃ꝫ in rebꝰ bonis. Que em̃ mala sunt: qꝛ iniuste fiũt: sola vtiq; fieri eius ꝑmissione scimꝰ: nũq̃ꝫ autẽ eiꝰ operatione. Cogita ergo si potes quãta admiratione dignũ sit: ꝙ illa etiam p̃scire potuit: que aliene voluntati reliquit: et volũtati q̃dẽ que nõdũ fuerat: ⁊ quã nũq̃ꝫ facturus erat. Voluntatẽ em̃ malã nunq̃ꝫ facit: q̃ꝫuis eam esse ꝑmittat. Certe minꝰ miramur ea ipsum posse ab eterno pꝛescire: que ab ipso erant facienda: q̃ꝫuis sint taꝫ multa ⁊ pene infinita: q̃ꝫ ea que posuit sub potestate aliena: et

volūtati ꝓtraria. Quid autē de eī scientia dicturi sumꝰ: cū omniū que sunt: qualitatē: modum: ordinē: locū: ⁊ numerū: sub vno simplicis visionis radio cōprehēdere scimus: O vere miranda: o vere stupenda. Si autē queris vbi mirabilior nostre cōsiderationi appareat: que vere vbiq; est mirabilis: quis eā nō videat mirabiliorē videri in rebꝰ occultis: cū in rebus manifestis: Quale queso est occulta hominū: secreta videlicet cogitationēs: affectionū: voluntatū ⁊ intentionū indesinēter aspicere: ⁊ quēlibet cordis motū ante diuine scientie ꝓspectū nō posse latere: Quotiēs em̄ bonas hominū cogitationes ⁊ volūtates attēdit: qd in his omnibꝰ in cordiū archano aliud aspicit cū quod ibidē ipsemet reposuit: Bonos siquidem cordiū motus quoslibet absq; cōtradictione ipse operat: ipsisq; cooperat. Illud vero pre omnibus mirū q̄ nihil omniū ignorare valeat: eorū etiā que cordibꝰ humanis ipe nō inspirat. Hec est illa in diuine scientie ꝓspicacia: vere sūma ⁊ singularis admiratio: q̄ nihil eā oīno latere possit in cordiū maloꝝ: tam ꝓfunda: ⁊ tam tenebrosa abyssō. Ecce vbi ꝓuidentie ⁊ scientie circuli in ꝓmissionis latere sedē accipiunt: vbi vti apta ratio ꝓdocuit nostre cōsiderationi mirabiliores occurrūt. Ce-

teros aũt predestinationis videlicet ⁊ dispositionis diuine circulos latus aliud habere debet: ⁊ cur hoc sit: multa (vt arbitror) expositione non indiget. Ut eñ taceamus eos in hac parte apparere mirabiliores: quis eos neget in his que electorum saluti militant: que sola ad hoc latus spectant apparere iocundiores. Diuine siquidẽ p̃destinationis ⁊ dispositiõis rationẽ: in saluandorũ reparatione: ꝓmotione: glorificatione: q̃ in malorum iusta reprobatione: deiectione: dãnatione carius amplectimur: iocũdius veneramur: honorificentius magnificamus. Ita eñ predestinatio specialiter ⁊ ꝓprie ad hoc latus ptinere videt: vt pene de sola p̃ordinatione ad vitam dici soleat: ⁊ ad aliã partẽ nõ nisi abusiue ⁊ improp̃e referat. Diuina vero dispositio q̃uis ad vtralibꝫ ptineat: eo q̃ nusq̃ aliq̃d iordinatũ reliquat: soli tñ electorũ saluti oĩs ordinatio militat. Ecce iam diximus q̃s in quo latere circulos ordinare debeamus.

In qua speculatione diuina prescientia vel scientia appareat mirabilior: Ca. XXII.

f Orte adhuc hĩc aĩm pulsat: in q̃ q̃sq̃ angulo poni debeat. Attẽde ne forte

quadā supeminētie singularitate speciali⁹ ꝑ-
tineat circulus p̄scientie ad angulū primū: cir
culus scientie ad angulū secūdū: circulus p̄de
stinationis ad angulū tertiū: circulus disposi
tionis ad angulū quartū. Collisionē aduersi-
tatis ⁊ iniq̄tatis primū angulū facere: superi⁹
iā diximus: ⁊ ad malorū correptionē: nō autē
correctionē ꝑtinere docuimus. Si ḡ ad dei p̄-
scientiā respicias: quid qđ in ipsa mireris am-
plius inuenies? Quid queso reprobos: ꝑ ad-
uersantiū malorū flagella corripit: si eos a su-
is malis nūq̄ velle resipiscere p̄noscit? Quid
eis quasi prauitatis verbera adhibet: prece-
ptis cohibet: minis terret: quos eternis malis
addictos esse preuidet? Si ergo in diuina p̄-
scientia qđ ampli⁹ mireris nō inuenis: nō est
cur eam huic angulo artius inherere mireris?
Item superius monstratū est occursionē ꝓ-
speritatis ⁊ ꝑuersitatis: scđm angulum face-
re: ⁊ eū ad malorū destitutionē ⁊ deiectionē
maxīe ꝑtinere. Nūc q̄so ad diuine scīe cōside
rationē intelligētie oc̄los reflecte: diligēti⁹ ob
secro ītuere: mirare: obstupesce. Stupēdum
valde quō mala hoīm de⁹ īdesinēter aspicit:
q̄ tñ detestat̄ ⁊ odit. Nūq̄d q̄so ñ p̄t dei oīpo-
tētia tot ⁊ tāta mala cohibere: q̄ ipsius sapīa
nūq̄ p̄t ignorare: q̄ omp̄s bonitas: nūq̄ pōt

amare: Ad hmõi admirationis cumulũ illud accedit: q̃ malis etiã bona tẽporalia tribuit: p̃ que quodãmodo in eis ea mala multiplicare videt: que p̃ omnib⁹ ꝛ sup omnia ꝛ detestatur. Nã p̃ bona tẽporalia (vt superi⁹ dictum est) mali in seipsis resoluũtur: ꝛ a deo destituunt. Nũquid nã illa diuine scientie pspicacia quõ mali suis donis abutãtur nõ cõsiderat: an forte quid quo animo gerant ignorat: sed q̃s hec dicere audeat: Attẽde ergo q̃ sit difficile huius pplexionis inuolutũ: digna admiratione venerari: ꝛ inuenies q̃ iuste hui⁹ diuine scientie circulus huic angulo debeat vicinius iungi: firmius aptari.

In qua speculatiõe diuina p̃destinatio appareat iocũdior: Ca. XXIII.

Tertius itẽ angulus vti supius habet ex occursione pbitatis ꝛ psperitatis cõiungit: ꝛ ad bonozũ cõsolationem ꝛ ptectionẽ ptinere cõprobat. Hinc nunc q̃so ab hoc angulo: ad oppositũ ei ãgulũ respice: ꝛ nunc hunc: nũc illũ diligenter attẽde: vt positionis rationẽ quã queris possis citius inuenire: pspicaci⁹ penetrare. In hoc angulo boni huius mũdi psperi fouent: in illo mali mũdana aduersitate flagellant. Attende diligentius: examina frequenti⁹ dei pietatẽ: illinc ei⁹

seueritatē: pietatē in bonis: seueritatez in malis. Qr̄ seuerū esse putamus: q̄ illis nec in presenti parcit: q̄ tēporalē vitam sine pena transire non ꝑmittit: quos eternis penis addixit? Illud autē q̄ꝫ pium erit: q̄ bonos quidē quātum eis expedit: bonis tēporalib⁹ fouere non desistit: quos tñ ad vera ⁊ ad eterna bona p̄ordinauit. Discute si potes: quale q̄ꝫ magnū: q̄ꝫ pium possit esse: gratuito quidez istos illis reiectis ad eterna bona p̄destinare: ⁊ tñ tēporalia bona ad vsum īmo ad vtilitatē nō negare? Quid hac cōsideratione dulcius: quid in dei p̄destinatione iocūdius inueniri poterit? Recte ergo in eo angulo diuina p̄destinatio describitur: vbi temporalis ꝓsperitas electis ad vtilitatē famulatur. Recte aureus iste circulus fixā illic sedem tenet: vbi quāto clarior tanto nimirū iocūdior apparet.

In qua rerum speculatione soleat diuina dispositio iocundior apparere: Ca.XXIIII.

e Et vt ad quartū tandē angulum veniamus: illum longe superi⁹ esse exposuimus: vbi aduersitas ex aduerso occurrens ꝓbitatē exercet. Nam ipse (vti ibi dictum est) ad bonorū correctionē ꝑtinet. Naz

qꝛ nec boni quidē hanc vitā sine macula ꝑtrā seunt: ⁊ semꝑ quantūuis ꝑfecti quo crescendo ꝓficere possint inueniūt. Habēt ex hoc angulo vnde purgentur: habent pariter vbi exerceantur. Hūc angulo circulorū nostrorum vltimus familiarius p̄sidet: qꝛ alias quo sedē singularē accipiat nō habet. Hinc iterū si hunc angulū cū ei opposito angulo conferimus rationē quā querimus citi⁹ inueniem⁹. In illo mali ꝓsperant̄: in isto boni flagellantur. Ibi mali ex bonis qui accipiūt gratiā dñi ampli⁹ tepescunt: Unde in ei⁹ amore acrius ignescere debuerunt. Hinc ecōtra in bonis disponēte deo id agitur: vt vnde in eis extinguendus videbat̄: inde in eis amoris ardor acrius inflāmetur. Quāto em̄ mundi malis acerbius vrgentur: quāto grauiorib⁹ flagellis atterūtur: tanto ad dei amorē vehemētius accendunt̄. Mirare obsecro: mirare ⁊ vehemēter obstupesce: vel quō ī malis amor dei deficiat ex beneficio: vel qualiter in bonis diuina dilectio crescat ex flagello. Absqꝫ dubio plus in laurētio amor dei cōualuit ex incēdio: q̄ꝫ in nerone ex imperio. Immo in laurētio incāduit amor domini ꝑ incendiū: in nerone penitus defecit ꝑ concesse potestatis imperiū. Et ꝙ adhuc est maius: ⁊ multo mirabili⁹: plus fortasse ī mar-

tyre amoris flamma cõualuit: ex tam acerba pena: q̃ potuisset ex qualibet ꝛ quãtalibet tẽ porali gloria. Vide queso tale consilium: tam mirandũ artificiũ: Vides quomõ ille summ⁹ artifex peritiã sue artis ostendit: qui in electis suis cõtraria ex contrarijs gignit: fouet et nutrit. Juuat ꝛ hunc angulũ adhuc: et cum illis cõferre: ꝛ diuine dispositionis ordinẽ ex eorũ cõparatione cõmendare. In primo angulo (vt dictũ est) mali puniũtur nec purgant. In isto boni flagellantur et corrigũtur. Quid q̃so est q̃ easdem culpas eadem flagella in his corrigunt: in illis penitus corrigere non possunt: Immo simul per omnia corruptele rubiginem per vaporem temporalis flamma in electis ad plenum excoquit: q̃ in reprobis tot tormentorum tanta acerbitas: ꝛ illud gehenne crudele incendiuz in eternum excoquere non sufficit. Cur queso dissimilem effectuz habet: non dissimilis causa: nisi q̃ diuine dispositionis ratio: cum sit vtrobiq̃ mira: in reprobis apparet iustior q̃ pia: In electis vero pia potius q̃ seuera. Ecce cõtulimus iam q̃rtum hunc (de quo loquimur) angulũ primo cũ secũdo: scõo cũ primo: tertio nũc cõparet cũ tertio. In tertio itaq̃ angulo boni bñficiũ

simils

ad cõsolationẽ accipiunt. In quarto (de quo ⁊ modo agimus) flagellis fatigari se sentiunt. In illo fouent: in isto exercent. In illo suauiter pausant: in isto fortiter pugnant. In illo a rege suo quasi militaturi donatiua pcipiunt: in isto pugnãdo victoriã: ⁊ in vincendo eterne retributiõis palmã acquirũt. In illo itaq; angulo ex accepto diuino beneficio id in eis agitur: vt dei sint fidei debitores: in hoc autẽ angulo ex patientie ⁊ fortitudinis sue merito id in eis efficit: vt dei fiant (si dici fas est) iusti exactores. De reliquo (inquit aplus) reposita ẽ mihi corona iusticie: quã reddet mihi dominus in illũ diẽ iustus iudex. Reddet ait: nõ dabit: ⁊ iudex iustus: non pius. Sed vt fieret postmodũ tanti premij iustus debitor: sponte prius factus est talis meriti gratuit⁹ largitor. Cogita ergo quale sit deum cum magno quodã quasi studio excogitare: cũ multo q̃si exercitio satagere: cũ miro quodam artificio quãdoq; in electis pficere: vt fiãt ex eis iusti: ex seruis liberi: ex miseris debitoribus meritis diuites: ⁊ regni celestis heredes. Hec est (vt arbitror) sufficiẽs ratio: cur diuine dispositionis circulus ille aureus singulariter presideat huic angulo: vbi p modicorũ laborum certamina subleuat hominẽ ad pmia eterna.

Hoc est illud in quo huius modi circulus aureꝰ resplẽdet amplius: rutilat clarius. Hoc est inq̃ in quo diuina dispositio in tribulatione gaudentibꝰ: ⁊ sibi in cõtumelijs placẽtibus apparet gloriosior atq; iocũdior. Ex his itaq; que de angulis siue de laterib⁹ arce iam diximus satis (vt arbitror) euidenter ostendimꝰ: quõ in latere vno circuli p̃scientle ⁊ sciẽtie appareant mirabiliores: vel quõ in latere alio circulo p̃destinatiõis ⁊ dispositionis appareant iocundiores.

Qꝛ cõtẽplationis nostre spectaculũ sp̃ comitari debeat: magna admiratio: ⁊ ingens exultatio: Ca.XXV.

Puto quia iam laboriosum nõ erit inuenire cuiusmodi vectes: huiusmodi circuli debeãt habere: vel quẽ: in quo latere debeamus ponere. In his siquidẽ que magis miranda sunt opus est nimirũ magna admiratiõe. In illis aũt que iocũdiora videntur: vtile erit magna exultatiõe. Sit ergo nostra magna admiratio: sit vehemẽs nostra exultatio: ⁊ quales exigit diuinorũ operũ ꝯtemplatio. Sit vtraq; magna: sit vtraq; fortis: sint ambe robuste in modũ vectis: ⁊ que sufficere possint ad vectionez tanti oneris. Facia-

mus ergo de vtraq; vectē ligneū: nō baculus arundineū. Debet aūt non de quolibet ligno fieri: sed de sethim ligno: videlicet fortī: & īcorruptibili: vt sint p̄ fortitudinē inflexibiles: & p̄ longanimitatē īcorruptibiles. Boni sane huiusmodi vectes ambo: magna scz & diuturna admiratio: ingens et pfeuerās exultatio. Ut autē formā habeant ad modum vectis: & pos sint vectius explere officium: sit vtraq; robusta: sit & vtraq; deaurata. Fiāt ergo de robore pstantie: dirigantur ad normā iusticie: operiantur ambe ō auro sapientie: vt sint ambe & p̄ fortitudinē valide: & per equitatē directe: et p̄ discretionē splendide. Multū & per omnes modum placet in his vectib⁹ hmōi deauratio. quia multū in omnib⁹ valet prudens: & p̄ uida discretio. Sit ḡ discreta admiratio nra: vt nihil in dei pscientia: nihil in ipsi⁹ scientia admiremur qō falsum sit. Sit nihilominus discreta cōgratulatio nra: vt nihil in p̄destinatione: vel dispositiōe diuina veneremur: qō vanum sit. Scit vtraq; vtraq; illarū esse mirabilis sine patrocinio falsitatis. Scit q̄dē & vtraq; istaq; esse dulcis sine cōdimēto vanitatis. Nihil ergo in dei pscientia: nihil i ipsi⁹ scientia miremur qō falsum sit. Nihil in eius p̄destinatione: nihil in eius dispositione veneremur: qō vanum sit: & sapientie auro: quo debuim⁹ ve-

ctes nostros operuim⁹. Huiusmodi ergo vectes circulis aureis inserant: ⁊ ꝑm documentum dominicū vel preceptū nūq̄ foris extrahant. Semp sit admiratio tua intra spectaculum diuine ꝑscientie: ⁊ diuine scientie. Semp sit delectatio tua in cōsideratione ꝑdestinationis: ⁊ dispositionis diuine. Semp in illis inuenies qd̄ mireris: semp in istis reperies vnde delecteris. Quid ergo necesse erit alia pro alijs querere: ⁊ ꝑ vana huc illucq̄ cogitationū euagatione discurrere? Nusq̄ copiosior materia admirādi: nusq̄ vtilior cā gratulādi. Sane ⁊ in his ⁊ ī illis īuenies vñ mireris: ⁊ in q̄ delecteris. Nā vterq̄ vectis q̄uis vno lateri vicini⁹ inhereat: neuter tñ a neutro multū se elōgat. In his g̊ sp sit admiratio tua: in ist⁹ sp delectatio tua. Sint g̊ huius vectes ī hūc modū inserti sp circulis aureis: ⁊ dñicū ꝑceptum te implesse gaudebis.

Qꝛ ꝑm modū admirationis ⁊ exultationis variatur modus contēplationis: Ca.XXVI.

b Is vectib⁹ arca nr̄a huc illucq̄ circū ferr̄: his vectib⁹ in alta sustollit̄. His iterꝝ ad ima deponit̄. Profecto ī diuinoꝝ operꝝ rōe: eiusq̄ ꝯtēplatōe q̄to āpli⁹ ad-

mirando delectaris: ⁊ delectando admiraris: tanto libẽtius ĩmoraris: tanto diligẽtius perscrutaris: ꝓfundiusq; illuminaris. Quotiens ex admiratione tua animꝰ tuus ꝑ diuersa rapitur: ⁊ ad singula delectabiliter afficit: totiens arca tua circũfert: qꝛ cõtẽplatio tua dilatatur. Si te admiratio tua ad alciora ⁊ ꝓfundiora rapit: ⁊ te in eoꝝ inuestigatione delectabiliter suspendit: nimirũ arca tua in altum surgit: qꝛ intelligẽtia tua subtiliora capit. Quando decrescit seu cum deficit speculationis admiratio: ⁊ admirationis delectatio:: arca deponitur ad ima: qꝛ cessat reuelatio diuina. In hunc itaq; modũ ꝑm qualitatẽ ⁊ quãtitatem nostre admirationis ⁊ exultatiõis arca nunc in girum flectit: nunc ad alta sustollit: nũc ad ima deponitur: qꝛ ꝑm desideriũ estuantis animi reuelatio formatur: ⁊ intelligentia multipliciter illuminatur.

pitur cū dicit: Cherub vn⁹ sit in latere vno: ⁊ alter in altero. Statuendi itaq; sunt ex vtraq; pte oraculi tegentes vtrūq; latus ꝓpitiatorij. Idem autē intelligim⁹ per oraculū qđ ꝓ ꝓpitiatorij nr̄i latera: vt cōsequēter inueniam⁹ quō vnus ex cherubin stare debeat ex parte vna: ⁊ alter ex altera: sicut suplus iā satis ostēdim⁹: ꝓ ꝓpitiatorij illud ꝓtemplatiōis gen⁹ intelligim⁹ qđ habeŕ de spiritib⁹ rōnabilibus. Credimus aūt rōnalez creaturā: tam angelicā q̄ hūanā: ad imaginē ⁊ similitudinē dei creatā. Et de homīe quidē scriptū est: Creauit deus hoīem ad imaginē ⁊ silitudinē suā: Ad imaginē dei creauit illū. Et ꝓ angelica natura dictū putām⁹ qđ alꝫ legim⁹: Tu signaculū similitudinis: plen⁹ sapiētia ⁊ pfect⁹ decore in deliciis paradisi dei fuisti. Ecce q̄z apte angelica nā signaculū silitudinis dicta sit: etiā ꝙ ea pte q̄ in veritate nō steŕit. Prophęta tū dauid manifeste ꝓclamat ⁊ dicit: Non ē silis tui in dijs dñe: Et Esaias apte denūciat: Om̄ oīs gentes q̄si nō sint: sic sunt coram eo: ⁊ q̄si nihilum ⁊ inane reputati sunt. Quō ergo q̄si nihilū et inane si diuinū habēt aliqđ simile? An forte qđ vn⁹ dicit alius cōtradicit? Absit. Nā ecce apud dauid lego: Deus quis similis erit tibi,

Sed iterꝝ apud eundē inuenio: Signatū est
sup nos lumē vult⁹ tui dñe. Quid igit̄ alid̄ ex
tā diuersis sentētijs colligim⁹: nisi ꝙ veracit̄
ꝛ absq; dubio auctori nr̄o ex aliquo sil̄es ꝛ ex
aliq̄ dissimiles existim⁹? Uide quomō ī mul-
tis homo ei dissimilis non est: de quo veracit̄
scriptū est: Qm̄ vniuersa vanitas oīs hō vi-
uens? Ecce quō dissimilis: Uerūtn̄ in imagi-
ne ꝑtrāsit hō: Ecce quō similis: Quid em̄ est
homo vt possit sequi regē factorē suuz? Sed
nec angel⁹ vtiq; in celo illā creatoris sui simi-
litudinē ꝑfecte emulat̄. Quis similis tui ī for-
tibus dñe: q̄s sil̄is tui magnific⁹ in sanctitate
terribilis atq; laudabilis ꝛ faciens mirabilia?
Uide ḡ ne forte illa in q̄b⁹ sil̄es sum⁹ ei ꝑtine-
ant ad latus vnū: ꝛ illa in quib⁹ dissimiles su-
mus ꝑtineant eq̄ ad latus alterū. Dicat̄ itaq;
ꝓpitiatorij nr̄i si placet latus vnū diuīa in rō-
nabilibus substātijs similitudo: dicat̄ ꝛ alterꝝ
in eisdez essentijs diuinitatis sūme multiplex
dissil̄itudo. Uideam⁹ ḡ quō vn⁹ de cherubin
stet ī vno: ꝛ alter in altero latere: vl̄ q̄s in quo
debeat stare. Supius iaz dixim⁹ ꝙ ad vnum
cherubin ꝑtineat cōtemplatio eorū que sunt
supra rōnem: nō tn̄ p̄ter rōnem: ad alterū aūt
ꝯtēplatio eoꝝ q̄ sunt supra rōnem ꝛ vident̄ eē
p̄ter rōnem. Cōstat aūt ꝙ illa p̄us dicta diffi-

cilior: reliqua multo sit facilior: ⁊ idcirco ĩ vsu nr̃o debet ⁊ solet esse prior. Alia ꝟo quãto est difficilior: tanto vtiq; dz eẽ posterior. Prior itaq; dicat̃ cherub prim⁹: secũda ꝟo haꝝ cõtemplationũ dicat̃ cherub secũd⁹. Huiusmodi igit̃ cherub stare debet in latere vno: ⁊ alter in altero. Ab vno sane latere cherub stare videtur: qñ in his cõtemplationis radijs figitur: ad que inuestigãda vel cõfirmanda qualiscũq; similitudĩs adaptatio facile accõmodat̃. Quasi ab altero latere cherub stat: qñ ad illa cõtemplãda hũana intelligẽtia se eleuat: ad q̃ nulla sil̃itudinis adumbratio se plene coaptat. Ad vnũ nãq; latus: vt dictũ est: ꝑtinet cõsideratio sil̃itudinis: quẽadmodũ ad alteꝝ cõsideratio dissimilitudinis. Cõstat autẽ illa facili⁹ comprehẽdi posse ⁊ viciniora magis q; ꝓpinqua atq; cõsentanea esse ratiõi: que se sinũt ad aliquã similitudinẽ applicari. Naz cetera quidez tanto ab hũana rõne longi⁹ recedunt: quãto cuiuslibet adiũcte similitudinis rõnem trãscendũt. Prim⁹ itaq; cherub stat ĩ latere similitudinis: secũdus aũt in latere dissimilitudis: vt ea que p̃ter rõnem non sunt et aliquã similitudinẽ admittunt: similitudinis latus quasi e vicino tangant: eiq; ꝑ cõsideratione inhereãt. Similiter ⁊ illa q̃ p̃ter rõnem vel ꝯtra rõnem esse vident̃ omnẽq; adhibite

silitudinis ꝓpietatē sup̄ grediunt: dissilitudinis lat⁹ q̄si iuxta se habeāt ipmq; e vicino respiciāt: Si aūt qō dī latus vnū t alterū: vnū ad dexterā: alterū ad sinistrā ꝗs referre velit: profecto h⁹ cōsiderationis silitudo in eandē sentētiā nos ꝓducit. Dextera nāq; nra opādi gra sepi⁹ solet ꝓferri: t idcirco ꝓstat eā frequē tius videri. Sinistra ꝝo sepius q̄ dextra sub vestimētis tegit: t eoipso vtiq; tardi⁹ videt. Recte g̊ p sinistrā occultiora sicut p dextrā cō grue satis designant manifestiora. Prim⁹ ita q; cherub q̄si a dextris assistit: qz in ea q̄ rōni oīno nō sunt aliena: oculū ꝓtēplatōis infigit. Secūdus aut̄ cherub q̄si a sinistris affigit: qz illa sola maxime ꝓtēplat̄: q̄bus ois hūana ratio cōtraire videt.

Quō per hec duo cōtemplationū genera tempat̄ cuiq; amor t approbatio sui. Capitulū. IX.

m Vltū est aūt p oēm modū q; hec duo ꝓtēplatōis genera nos vel ꝛ mala roborāt: vl ad ꝝtutē aduuāt. Vñ ē q̄ de eisdez addit̄ cū subiūgit: Utrūq; al⁹ ꝓpria tozū tegant: expandētes alas suas t operientes oraculū. Qñ aūt aliquid tegimus: duob⁹ modis id facere solemus: Nam modo in abscōsionem; modo in ꝓtectionem. Et sepe

cum aliqd̄ nobis vmbraculū ꝯtra solē suppo-
nimus: eius nobis tā calorē q̄ꝫ claritatē tem-
peram⁹. Si ḡ in hec duo ꝯtemplationū gene
ra gratiā diuinit⁹ accipim⁹: si ꝑm acceptā gra
tiā eis diligētius insistim⁹: credo ꝙ ⁊ ip̄a nob̄
erūt in vmbraculū diei ab estu: ⁊ in securitatē
⁊ in abscōsionē a turbine ⁊ a pluuia. Utinam
cū tanto studio ⁊ desiderio in eoꝝ aspectū ra-
peremur: ⁊ in eoꝝ admiratiōe cū tanta animi
alienatiōe sup̄ nosmetip̄os duceremur: vt in-
terim mens nr̄a seip̄am nesciret dū in eiusmo-
di cherubin aspectū suspēsa stuperet: intm̄ vt
cū apl̄o dicere auderet: Siue in corpe siue ex
tra corpus nescio: deus scit. Uide q̄ꝫ ꝓfunde
sub dictoꝝ cherubin alis lateat qui seip̄m in-
terim ignorat. Sed si nō pōt alaꝝ hec adum
bratio mētis respectū in eiusmodi excessū ab-
alienare: debet tñ qd̄ ⁊ sp solet aureū illū ꝓpiti
atorij fulgorē obnubilare: ⁊ nr̄is aspectib⁹ tē-
pare. Propitiatorij nr̄i fulgor absq̄ dubio su
pducta adumbratiōe obnubilat̄: qñ quicq̄d ī
nobis lucere videt̄: maioris ⁊ supeminētioris
claritatꝭ cōpatiōe despicit̄. Propitiatorij no-
stri claritas dignitatē quidē designat spiritalꝭ
nature: supposita aūt alarū expāsio celsitudi
nem diuine supeminētie. Quid ergo mirum
si hui⁹ obumbratiōe ꝓpitiatorij nostri vtrūq̄

latus obducit. Maz quicquid diuinis simile: vel diuinis dissimile in nobis cernit: diuinoꝝ vti iaz dictū est compatiōe fuscat. Solet aūt vt diximus obnubilatio non solum claritatē: verūetiā calozem temperare: ⁊ vtrūqꝫ tolerabilez reddere. Et fit sepe qō oēs nouim⁹: vt ī nostra erga nosmetipsos estimatione vel dejectione modū tenere nesciamus: sed ex diuinarū vtiqꝫ rerū assidua cōtemplatōne: ꝓfundaqꝫ admiratōne in nobis agitur vt vtriusqꝫ vmbze nimietas ⁊ superfluitas ꝛ̄pmat. Nullū oīno: nullū inqꝫ omniū rationabiliū spirituū credo patuatū illū ꝓzie excellētie amozē vel opinionem ad verā ⁊ legitimā equitatis mensurā posse restringere: nisi q nouit seipsuz veraciter in eozum que diximus compatiōe ꝛ̄spicere. Recte ergo dicti cherubin vtrūqꝫ ꝓpitiatozij nostri latus tegere dicunt: qz in nobis nihil oīno repitur qō summis et diuinis nō sit vel pegrinū in q̄litate vel incōpabile exquātitate. Et nōq quēadmodū arca ꝓpitiatorio tegit: sic ⁊ ipm ꝓpitiatoziū dictarū alarū expānsiōe tegi iubet. Absqꝫ dubio sicut ex cōtemplatione spiritalis creature eiusqꝫ eminētie obducit amoz ⁊ approbatio mūdi: sic ex cōtemplatiōe creatricis essentie: eiusqꝫ supeminentie tempat apud vnūquēqꝫ amoz ⁊ appro

batio sui.

Cum quãta animi auiditate debeant vel soleãt spũales viri his nouissimis cõtemplationũ generibus inhiare. Capitulũ. x.

Ed tũc ꝓculdubio designati cherubĩ ſ ꝓpitiatozij latera sufficiẽter tegunt: si alas suas sufficiẽter ⁊ indefinẽter expandũt. Quid ẽ alas suas ꝓtinua expansione distẽdere: nisi omni in loco: omi in tpe diuine ꝓtẽplationi inhiare: ⁊ eiusmodi studio vel desiderio vbiq; insistere? Certe aues cũ volare volũt alas suas expandũt. Sic sane debem⁹ ⁊ nos cordis nr̃i alas p desideriũ extẽdere: et diuine reuelatiõis horã sub omi hora: imo sb̃ omi momẽto expectare: vt quacũq; hora diuine inspiratiõis aura mẽtis nr̃e nebulã deterserit: veriq; solis radios amota ois caliginis nube deterserit: excussis statim ꝓtẽplatõis sue alis mẽs se ad alta eleuet ⁊ auolet: ⁊ fixis obtutibus in illud eternitatis lumẽ qõ desup radiat: in aq̃le volatis impetu oĩa mũdane volubilitatis nubila trãsuolet atq; trãscẽdat. Illũ sane dixerim hoc dñicũ ꝓceptũ vel documentũ implere: ⁊ q̃si expãsis alis erectũ stare

q̄ post acceptā grāz in h̄ nouissima ꝓtēplatio-
nū genera sp studet se q̄ntū i ipo est ad hmōi
volatū ꝑmptū z patū exhibere: z cū tempus
būplaciti diuini aduenerit z aura spirātis grē
afflauerit: idoneus possit inueniri q̄ ad illō di
uinoꝝ secretoꝝz spectaculū ꝺebeat admitti.
Debem⁹ autē non solū ad hoc qō in hac vita
hz̄e possum⁹: verūetiā ad diuine ꝓtēplatōnis
spectaculū qō in futura vita speram⁹ aīos no
stros suspēdere: z in eiusmodi expectatiōe ve
hemēti ꝺesiderio anhelare. Ad hoc siquidem
nobis ꝺat huiuscemodi grā: ad hoc inquā in
fundit eternoꝝ intelligētia: vt sciam⁹ q̄d inde-
esse ꝺebeam⁹ p studiū q̄rere vl p ꝓtinuū ꝺesi
deriū suspirare: Alioq̄n frustra in nob diuine
cognitōis abūdātia creſceret: nisi diuie i nob
dilectōis flāmā augesceret. Debz itaq̄z i nob
creſcere sp z ex cognitiōe dilectio: z nihilomi-
nus ex dilectiōe cognitio: z mutuis incremē-
tis mutua incremēta mīstrare: ꝺebēt z alter-
nis augmentis alterna augmenta accreſcere.
Debet ergo anima pfecta z assidue summoꝝ
cōtēplationi ꝺedita: omni hora pegrinatiōis
sue terminū ergastuliq̄z hui⁹ egressū cū sum-
mo ꝺesiderio expectare: quo id qō interim vi-
det per speculum z in enigmate: mereat facie
ad faciem videre. Hinc est q abraam in ostio

tabernaculi sui sedebat: Hinc est q helias in spelūce sue ostio stabat. Uterq ad egressū patus: z vterq in domini aduentuz suspensus. Unū vtiq vterq prestolabatur: vnus ī spelunca: sed alter in tabernaculo: vterq tamē ī ostio: sed vnus stando: z alter sedendo. Aliaduertis vt arbitror: quia vite hui⁹ molestiam vnus militiam: alter vero miseriam reputat: et eandem temporis peregrinationē hic carcerem: ille expeditionē iudicat. Sunt qui seipsos quasi in spelunca vident: z carnem suaz p ergastulo habent: dum vite huius molestiam molestē sustinēt. Alij ꝛ corpore suo quasi tabernaculum faciunt: z ad domini militiā se accingunt: z patienter tolerant q viuūt: vt domini lucris ꝛseruiāt. Alius itaq impatienter: alius patienter viuit: dum vn⁹ sibi metuit: alter dominicis lucris intendit. Alius ꝑ stans multūq laborans: z alius sedens laborēq pene non sentiēs penituscq nō reputās: dominicum aduentuz p̄stolabat: z tñ vterq ī ostio z q̄si ī ipo exitu inuenit. Ut igit ꝛ his interim taceam⁹ q̄ libenter viuunt: z in tabernaculi nō dicā palatij sui intimis ꝛlectabiliter iacentes requiescunt: vterq illoz aduentum dñi meruit: z is qui in ostio sedens militieq sue molestiaz patienter sustinēs: ad dñi

occursuz suspēsus anhelabat: ⁊ ille qui ī ostio stans visitationisq; sue horā p̄stolās sub expectatiōis sue desiderio pene impatiēter laborabat. Vultis audire q̄z inuite viuebat q̄ in spelūce sue ostio stabat? Vñ ⁊ dicebat: Obsecro dñe: tolle a me aīaz meā: neq; em̄ melior sū q̄z patres mei. Quid aūt q̄so ē q̄ vultū suū operuit qñ dñm trāseuntem habuit: qui in idip̄m sic suspēsus stetit? An forte sub dñica p̄ntia ī pfectū suum pfectius agnouit: ⁊ impfectionē suā videre erubuit? Videre tñ voluisti q̄ videri timuisti. O q̄z multi sunt q̄ iam se patos esse credūt: ⁊ tñ sub ip̄o visitatiōis sue articulo illic trepidāt timore vbi antea nō erat timor: ⁊ exitū quē p̄us anxie requirebāt: iaz eum fieri formidant.

Quō post multā desiderij sui fatigationē: alij soleant alij nō soleant ex visitante se gratia supra semetipsos leuari. Capitulū. XI.

e Ecce qui stando p̄stolat̄: nō ostiū exisse: nec dño occurrisse legit̄: de spelūca tñ ꝫ velata facie ꝓspexit: vocēq; trāseuntis in trāsitu audiuit: ⁊ q̄ iā ad requiē suspirauerat q̄d adhuc eū facere oporteret ex dei reuelatiōe cognouit. Alius aūt ad aduen-

tũ dñi de tabernaculo ꝓsiliuit: et reuelata facie aduenienti dño occurrit: illum introducit: pascit: ⁊ pro desiderij voto domnicã promissionem accepit: Progredientẽ ꝓsequit̃: ⁊ cum stante morat̃: dñm sabaoth q̃stionib⁹ pulsat: futurorũq; p̃scientiã accipiẽs in illud diuinorũ iudicioꝝ secretariũ intrat. Quid aũt est de habitaculo suo ĩ dñi transitũ attẽdere: nisi ex his q̃ circa se diuinit⁹ gerunt̃: diuine dispositionis moderamine: coopationisq; eius gratiã subtiliter intelligere? Dũ em̃ spiritũ vehementẽ cõmotio: cõmotionẽ ignis: ignẽ sibil⁹ aure leuis sequit̃: trãseuntis dñi p̃ntia cõprehendit̃: qꝛ dum mens magnis mirisq; quibusdã ꝑturbatiõib⁹ sb̃ito sepe sentit se totã ꝯcuti: et mõ nimio timore deijci: mõ nimio dolore excoqui: vel pudore cõfundi: ⁊ iterũ p̃ter spẽ ⁊ estimationẽ ad magnã animi trãquillitatem seu etiã securitatẽ cõponi: velit nolit visitãtis gr̃e opationẽ ꝑpendit: ⁊ diuinit⁹ h̃ actitari in se luce clari⁹ agnoscit. Deũ autẽ p̃sentẽ sic q̃si trãseuntẽ habem⁹: dũ lumĩs illi⁹ ꝯtẽplationi diuti⁹ inherere necduꝫ sufficim⁹. Admonẽtis aũt dñi seu etiã instruẽtis vocẽ audire: est que sit volũtas ei⁹ bona: bñplacẽs ⁊ ꝑfecta ex ei⁹ inspiratiõe cognoscere. Sed ille q̃si de tabernaculo in aduenientis dñi occursuꝫ ꝓgredit̃:

egressus autē q̄si facie ad faciē illū intuet: qui p̄ mentis excessum extra semetipsum ductus sūme sapiētie lumē sine aliquo inuolucro figuraz adumbratiōe: ænigmate: sed ī simplici vt sic dicā veritate cōtēplat. Exterius visum introrsum trahit: q̄n id q̄ p̄ excessum vidit: multa retractatiōe: vehemētiq̄ discussione capabile seu etiā cōprehēsibile sibi efficit: t tā rōnū attestatiōe: q̄ si'litudinū adaptatiōe ad cōmunē intelligentiā deducit. Tunc ☧o mactat vnde dñs pascat: q̄n mens hoīs his p̄motionis gradib⁹ robustorata: aliq̄d de p̄prie volūtatis bñplacito abscidit q̄ p̄us libenter fouit atq̄ custodiuit: q̄n id de p̄ p̄ijs studijs vel nisi b⁹ amputat vnde diuine ꝓtemplatiōi pfectius inherere vel diuine p̄pitiationi se altius placere sperat. Dominū pascim⁹: q̄n ☧tutū nr̄az victimis ampliatoq̄ acrioris vite ꝓposito charitatis ei⁹ ī nos beni uolētiā nutrim⁹ t augescim⁹. Ecce inq̄t dñs: Ego pulso ad ostiuz: si q̄s aperuerit mihi introbo ad ipsum t cenabo cum illo. Cum domino sane apud nosmetipsos comedim⁹: q̄n id eius obsequio libenter impēdimus: totum quod facere possumus illud facimus: et ex eo eius beneplacito deseruimus: vñ illi⁹ in nos

beniuolentiā ꝓuocam⁹: vñ in nostrā in ipm fi
duciā augeam⁹: Et hac fiducie accumulatiōe
agit̄: vt ad diu cupitā multūq; desideratā gra
tiā mens p̄ter spem ⁊ supra estimationē subi-
to animet̄. Egredientē ꝟo dñm ꝓsequimur
qñ ꝑcepte diuinit⁹ intelligētie diligēter insistē
tes: ꝑ id qđ đ cognita veritatis luce miramur:
ad altiora cōtemplanda leuamur supra nos-
metip̄os: ⁊ reuelātis gr̄e vestigijs inherētes
p̄euntē dñm comitamur. Post egressum aūt
cū stāte dño stare ē ī illo celsitudinis statu re-
uelate luci ꝑ ꝯtēplationē diuti⁹ inherere. Stā
ti dño assistit q̄ totū hūane mutabilitatis lu-
bricū ambiguitatisq; incertū alta mētis sub-
leuatiōe trāscendit: ⁊ in illo eternitatis lumīe
defixus inspecte imaginis in se sil'itudinē tra-
hit. Nos inq̄t apl'us oēs reuelata facie gl'iaꝫ
dñi speculātes in eandē imaginē trāsformam̄
a claritate in claritatē tanq̄ꝫ a dñi spū. In hac
mētis subleuatiōe hūana aīa sepe diuinoꝝ iu
diciorū abyssum ingredit̄: ⁊ ad futurorū etiaꝫ
vt iam dictū est p̄scientiā erudit̄.

Qꝛ ea q̄ ꝑ excessū mētis solēt videri
alia possunt: alia oīno non pñt ad cō
munē intelligentiā inclinari. Ca. XII.

Otandũ itaq; ꝙ mõ extra positi visum dñm introrsũ trahim⁹: ⁊ mõ int⁹ positi cũ exeunte dño eximus. Nam hoc qd̃ de dñi claritate ꝑ mẽtis excessũ cognoscit̃: qñq; etiã postmodũ a sobria mẽte cõp̃hẽdit̃: ⁊ sepe ex eo ꝙ apud nosmetip̃os sobrij rimamur p̃ admiratiõis magnitudĩe ĩ mẽtꝫ alienationẽ abducim̃. Itẽ ⁊ illd̃ notãdũ ꝙ extra positi: visum dñm mõ introducimus: mõ nõ introducimus. Nã ⁊ abraã ad secũdã egressionẽ reduxisse dñm nõ legit̃. Quedã nãq; eiusmodi sunt q̃ humanã intelligentiã excedũt: et hũana rõne inuestigari nõ possũt: ⁊ tñ vti superius iã dictũ est p̃ter rõnem nõ sunt. Cum igit̃ eiusmodi q̃libet ꝑ mẽtis excessũ discim⁹: cognitã exterius visionẽ q̃si nobiscũ reportam⁹: si cõsona rõni eaip̃a postmodũ dep̃hẽdimus q̃ p̃us ꝑ reuelationẽ didicim⁹. Sed illa q̃ ⁊ supra rõnem ⁊ p̃ter rõnem esse vident̃: qñ ꝑ reuelationẽ ⁊ q̃si in extasi discunt̃: qꝛ eoꝛuꝫ rõneꝫ ad nos postmodũ reuersi nulla hũana estimatiõe cõprehẽdere vel assignare sufficimus: cognitã visionẽ tũc q̃si extrinsec⁹ relinquim⁹: cui⁹ tm̃mõ velut memoriã quãdã retinemus. Quid em̃ ait scriptura: Abijt dñs inquit postq̃ cessauit loqui ad abraã: et ille reuersus est in locũ suuꝫ. Dñs recedit: ⁊ abraã

reuertit: qñ subtracta reuelatiõis gratia intellectualis sensus ad cõmunem statum reuocatur. Ad primã itaq; egressionẽ abrahã illum quẽ vidit multa fatigatiõe ad se intrare cõpulit. Ad secũdã aũt egressionẽ ꝛ post diutinam visionẽ: longãq; cõfabulationẽ oino nõ reduxit. Exterius visum dñm nobiscũ introducimus: cũ theophaniã: id est diuinã apparitionẽ raptim ꝓceptã ad cõmunẽ intelligentiã ratiocinãdo postmodum paululuz inclinam⁹. Exterius visus dñs minime introducitur: qñ theozica reuelatio quãto magis iuxta humanã rõnem discutit: eo ampli⁹ omi hũane opinioni aduersari videt. In eiusmodi em̃ speculatiõe añq; anim⁹ ad ꝓsueta redeat: dñs abit longiusq; recedit: ꝛ incõprehensibilitatis sue magnitudinẽ oñdit sue visionis elongatione. Hec itaq; duo rerũ genera q̃ in hac gemina visione ex dñica reuelatione cognoscunt: ad ꝓdictos illos duos cherubĩ spectare vident. Hec est sane illa ꝛ digna satis materia: vñ excudenda est angelica forma: pẽnataq; aialia. Ex hac nobis materia cherubin formamus: qñ fidei nr̃e arcana: que vel ipi ꝓ reuelationẽ didicim⁹: vl̃a theologicis viris accepim⁹: assuescimus in ꝓemplationẽ adducere: ꝛ in eorum admiratiõe animũ nostrum suspendere:

pascere⁊ habiliare: ⁊ ad diuinorū desiderium acriter inflāmare. Debem⁹ itaq; iuxta abrae ⁊ helie exemplū in ipo habitatiōis nre exitu ⁊ velut ī ostio stantes dominicū aduentū expectare. Debem⁹ etiā iuxta diuinū documētum cherubin nror alas expandere: ⁊ in reue lantis gratie occursum rapidis passibus desiderioꝝ festinare.

Qz omni hora anima sancta ⁊ cōtemplatiua ad gratie susceptionē debet esse parata. Ca. XIII.

Emp debet aīa sancta et veri sponsi
S christi amica ad dilecti sui aduentum
summo cū desiderio anhelare: pata
semp adueniēti occurrere ⁊ pulsanti aperire. Debet itaq; sp in h̄ sollicita eē ⁊ pata inuenire ne subito ⁊ inopinate adueniens sponsus minus comptā minusq; decoratam inueniat: vel diu exclusus diutine pstolatōis vllā molestiā sustineat. Molesta satis verba estuātiq; desiderio multū onerosa: Manda remāda: expecta reexpecta: modicū ibi: modicū ibi. Verba sūt sane aīe pigre: aīe tepide: min⁹ circūspecte ⁊ nimis ingrate. Quid em̄ dic̄ hmōi aīaꝝ ī suis

sordibus inuenta: cum se dolet in opinato dilecti aduẽtum ꝑueniri: ⁊ erubescit se min⁹ cõptam: minusq; ornatam inueniri: Certe inq̃t illa aduentũ tuũ scire debuissem vt te solenniter susciperẽ: ⁊ ea q̃ deberẽ alacritate tibi occurrerẽ. De cetero ꝯ aduentũ tuũ mihi ꝑnuncia: ⁊ nũcio tuo ꝑeunte aduẽtus tui horã premãda. Nũcius itaq; ꝑcurrat qui me q̃d facere me velis edoceat. Nuncius inquã int̃ nos medius discurrat qui me de singulis instruat. Doceat me ñ solũ sup statu meo: ꝫ etiã de statu tuo: doceat quõ apud te sit: vel quicq̃d de me placuit: manda itaq; atq; remãda: nuncia atq; renũcia. Non decet amãtes mutua studia: mutua desideria in alterutrũ nescire: nec sufficit estuanti aĩo: ardentiq; desiderio semel audire. Obsecro ꝯ manda remãda: mãda remãda. Forte multũ amat: multũ estuat: que sic instat: q̃ tam importune internũcia q̃ritat. Uideamus ꝯ quid faciat: Ecce iuxta verbum suũ nũcijs sepe missis: sepe remissis: tandem aliqñ nuncios suos subsequit̃ vt cupitis amplexibus ꝑfruatur ⁊ mutua dilectiõe foueat̃. Ecce iam ꝑ forib⁹ stat: ecce iam ad ostiũ pulsat: Ecce vox dilecti tui pulsant̃: api mihi soror mea: amica mea: colũba mea: ĩmaculata mea: qꝛ caput meũ plenũ ẽ rore ⁊ cincĩni mei

guttis noctiũ. Quid obsecro: quid inq̃ꝫ ꝓfuit ꝙ nũcios premisit q̇ ostiũ clausum repit? Ad vocẽ ꝟo dilecti cur saltẽ nõ statim ꝓsilis: aperis: introducis ⁊ in amplexius eius ruis? Expoliaui me inq̇s tunica mea: quõ induar illa? Laui pedes meos: quõ inquinabo illos? Expectet tñ modicũ si vult vt suscipiã illũ. Pulsat ⁊ introitũ postulat: ⁊ dicis expecta. Ecce expectat: Ecce iterũ pulsat ⁊ dicis reexpecta. Et q̇d inquis est magnũ? O quãtũ timeo ne istud modicũ ꝓtrahas in longũ: donec trãseat ⁊ declinet: ⁊ diu multũ fatigatus discedat. Ostendit hoc illa vox tua ⁊ nimis sera q̃rela. Pessulũ ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq̃ trãsierat. Sed ecce iterꝝ rediens prioriſq̃ cõtemptus iniuriã non reputãs: stat post parietẽ: respiciẽs per fenestras: ꝓspiciẽs ꝑ cãcellos. Audi vocantẽ q̃ noluisti suscipe pulsantẽ. En dilectꝰ tuus loquit̃ tibi: Surge ꝓpera amica mea: columba mea: formosa mea ⁊ veni. Cur nõ statim exilis: occurris: apprehendis ⁊ oscula iũgis? Quid adhuc dicis expecta? Ecce adhuc expectat: ecce iterũ vocat: Surge amica mea: speciosa mea ⁊ veni: in foramibus petre ⁊ in cauernis macerie. Quid tu? Reexpecta adhuc modicũ. O aĩa ingrata: o viscera dura vsq̃quo fatigas

si expectat modicum

dilectū tuum: Pulsat ꝛ ei nō vis aperire: vocat te ꝛ nō vis eum audire. Pulsat semel ꝛ iterum: ꝛ tu eum expectare ꝛ reexpectare iubes: modicū ꝛ modicum. Vocat semel: vocat ꝛ iterū: ꝛ tu nihilomin⁹ eū expectare ꝛ reexpectare cogis: modicū ꝛ modicū. Modicū in vno loco: ꝛ modicū in alio. Modicū ibi: ꝛ modicū ibi. Cogitur itaq; dilectus tuus facere sepe ꝛ multū: qō tu dicis modicū ꝛ modicū. Mā modicū ꝛ modicū ꝓtrahis in longū ꝛ longū: ꝛ in hūc modū fraudas amicū tuū: ꝛ fatigas dilectum tuū. O quāto iustius: o quāto rectiꝰ foret vt p̄ foribus obseruares: ꝛ cum abrāā vel helia dilectoris tui aduentuꝫ expectares: aduenienti occurreres ꝛ cū exultatiōe suscipes. Deberes sane sicuti dilecti tui colūba in foraminibus petre ꝛ in cauernis macerie suspensis alis colloq; ꝓtenso foras ꝓspicere: ꝛ amici vnici tui aduentū cum colūbino quodam cantu ꝛ gemitu querere ꝛ expectare. Sed forte adhuc nostri cherubin alas nō habemus: vel si habemus expansas necdum habemꝰ. Mondum fortassis opus nostruꝫ ad plenum formauimus: necdum formam illam angelicam ex integro iuxta dominicā sententiā consummauimus.

Qr̃ sit paucoꝝ ad susceptionē gratie animū semp hr̃e paratū. Ca. XIIII

t Aceo de illis qui foris sunt: qui spiritualem dilectionē necduz scire poterunt: qui domini mādata ex doctorū quotidie dictis vel scriptis audiunt: necdum acquiescūt: quotidie peccantes: quotidie penitentie tempora dari sibi postulantes. Ex q̄bus dum verba vite quidez libenter audiunt: quid aliud per studiū q̄z manda remanda dicunt? Et dū quotidie peccata peccatis accumulant: quid aliud q̄z expecta reexpecta p desideriū clamant? Quotidie spaciū penitentie postulantes: ⁊ resipiscendi tempus quotidie ꝓponentes: quotidie ꝓlongantes. Certe ad satisfaciendū desiderio suo: totum huius vite spacium carnali menti videt̄ permodicū. Et dum eiusmodi anima modo in vno vitio: mō in altero multa tempora expendit: totumq̄z tamen velut momentaneū reputat: q̄d queso aliud ī diuīe patiētie aure: q̄z modicū ibi: modicū ibi r̄sonat? Sz d̄ his interī tacētes: q̄d de nobis obsecro dicturi sumus qui habitum religionis suscepim⁹: qui spiritalibus exercitijs mācipati sumus: qui diuine dilectōis assidue quasdā velut arras accipim⁹? Maxīe tñ nos

quid queso dicemus: qui nil aliud iniuncti officij habem⁹: nisi legere: psallere: orare: meditari: speculari: ꝓtẽplari: vacare ⁊ videre ꝙ̃ suauis ẽ dominus: Nũquid nã nõ pudebit nos eadem dicere: ⁊ dilectũ nostrũ in huiusmodi verbis fatigare: Manda remanda: expecta reexpecta: modicum ibi: modicũ ibi. Quotidie ni fallor vos qui lectioni vel meditationi aut orationi insistitis: ei⁹ nuncios suscipit: et mandata cognoscitis: quotiẽs ex abditis scripturarũ recessibus nouos intellect⁹ eruitis: quid aliud ꝙ̃ quosdam dilecti nostri nũcios excipit: Huic sane negocio subseruit omnis sacra lectio: ⁊ sagax meditatio. Alijs itaq; legentibus: ⁊ alijs meditantib⁹: diuinorũ secretorum internũcij occurrunt: qui dilecti nostri mãdata ad nos perferãt: ⁊ de singulis nos instruant. Et sepe fit vt in vna eadẽq; scriptura dum multipliciter exponitur: multa nobis in vnũ loquatur: Moraliter nos docens qd dilectus noster facere nos velit: Allegorice nos admonens: quid ꝓ nobis semetipsum fecerit: Anagogice ꝓponens: quid adhuc de nobis facere disponit. Jn hunc itaq; modum sepe nobis mandat ⁊ remãdat ⁊ quasi ꝑ vnũ nũciũ multa nobis denũciat. Sepe nãq; vnũ idẽq; mandatũ sub varijs enigmatib⁹ ⁊ figu-

ris ꝓponitur: vt mentib⁹ nostris altius impri-
mat̄: Et dū idē multꝫ modis nob̄ ⁊ multotiēs
dr̄: q̄d aliud q̄ꝫ idem sepe mandare ⁊ remāda-
re videtur? Et q̄ꝫ multi sunt qui hmōi nūcios
quotidie accipiunt: de pristino vero opere vl̄
negligentia parum aut penit⁹ nihil corrigere
volunt. Sciunt sane vnde possūt gloriari: nō
autē edificari: scientiam quidē nō sāctimoniā
affectant: ⁊ non tam sancti q̄ꝫ scioli esse deside
rant videri. Duꝫ ergo quotidianis nisib⁹ no-
uos sensus nouosq̄ꝫ intellectus q̄ritant: q̄d ali
ud q̄ꝫ manda ⁊ remanda ꝑ affectum ⁊ studiuꝫ
clamitant? Hmōi nūcios quotidie excipim⁹:
⁊ aliis aliisq̄ꝫ sepe supuenientibus: alios alios
q̄ꝫ adhuc quotidie importune exigimus: ⁊ in
auribus domini sabaoth fortiter clamamus:
māda remāda: māda remāda. Sꝫ quātoma-
gis copia dictorū nūcioꝝ abūdat: tanto sane
acerbi⁹ tantoq̄ꝫ molestius ꝓpria nos ꝯsciētia
accusat ⁊ cruciat. Hinc fit sepe vt vitam nr̄aꝫ
corrigere disponamus: semper tamen differa
mus: ⁊ dum hoc fieri in futuro ꝓponim⁹: fit
vt illud futurū semꝑ sit futuruꝫ: imo fortassis
nunq̄ꝫ futurū. Sepe aūt aliq̄d̄ certū futuruꝫ
determinat̄ quo corrigat̄ vita nr̄a: ⁊ dicit̄ inte
rim dilecto nr̄o expecta: ⁊ tñ illud futurum in
p̄sens nō ꝟtit̄. Itē in alid̄ futurū trāsfert̄: ⁊ dr̄

dilecto reexpecta. Qr̃ multi sepe proponunt fortiterq; apud se statuunt: vt si ex alienis affectibus quibus interim implicant̃: semel detur eis se posse explicare: nunq̃ ampli⁹ in eadem velle recidere: ⁊ interim modicum illud postulant expectari. Et cum eosdem forte affectus amiserint: potius q̃ absciderint: vehementer satagunt resarcire qd̃ ꝑdiderũt: ⁊ iterũ adhuc modicũ se volũt expectari ⁊ petũt reexpectari. Sane hoc totũ dicunt: modicuz ⁊ modicum. Quicquid namq; non satiat desiderium quãtumcũq; sit affectatũ: videt̃ paruum. Modicũ itaq; ⁊ modicũ se petũt expectari ⁊ reexpectari q̃ eiusmodi sunt. Modicũ ibi ⁊ modicũ ibi: ⁊ modicũ sepe sb̃ affectu vno ⁊ altero: ⁊ tempore tamen vno. Et in his omnibus dilecto nostro cantamus canticuz odiosum: expecta reexpecta: modicuz ibi: modicuz ibi. Quando putas hmõi anima pigra ⁊ tepida poterit ductile illud opus formare: et angelicam formã excudere: p̃sertim cum op⁹ sit in hoc opere alarum expansione: vrgente te in idipsum dñica vtiq; iussione: intm̃ vt nũq̃ i hmõi studio liceat desideriorꝝ nostrorꝝ pẽnas ab intẽsionis eleuatiõe deponere.

Qr̃ sit arduũ vel difficile cuiuis aĩe

pfecte seipaz ad semetipaz totã colligere ⁊ in solo diuinitatis desiderio requiescere. Caoitulũ. XV.

Non dicã ãnua: nõ mẽstrua vl̃ diurna ⁊ pmodica ad modũ mozosa vl̃ morula impatiẽti desiderio satis ẽ molesta. Spes siquidẽ q̃ differt̃ afflígit aĩm. Debet itaq; veri dilecti amica: ⁊ veri amici dilecta: vt supi⁹ iã dictũ est: ꝓmpta sp ⁊ pata eẽ et pulsantẽ amicũ absq; vlla dilatiõis iniuria suscipe ⁊ veniẽti cũ oĩ alacritate occurrere. Scimus aũt q̃ singl̃aris amoz ꝓsoztẽ nõ recipit: sociũ nõ admittit. Vide g̃ ne tũc ꝓmũ incipias pstrepẽtiũ turbas eĩcere velle: cũ iã ipe cepit ad ostiũ tuũ pulsare: alioq̃n qd iã eris dictura cũ apud te tũc tpis fuerit eiusmodi turba inuẽta? Quid inq; eris dictura: nisi expecta: reexpecta? Expectãdũ sane itẽq; reexpectandũ ad eĩciẽdũ turbã extraneoz: ad eĩciẽdũ familiã tuoz. O ẽs em̃ cogitat⁹ tã vani q̃ noxij extranei iudicãdi sũt: q̃ nlli nr̃e vtilitati deseruiũt. Illos vo q̃si domesticos ⁊ familiares habem⁹ quos nr̃is vsibus vel vtilitatib⁹ implicam⁹. Em̃ vo singularis amoz solitudinẽ amat: solitariũ locũ req̃rit: totã hmõi turbã: nec solũmõ cogitationũ: verũetiã affectio

nũ oportet eiicere vt dilecti nostri amplexib⁹ quãto liberius tanto iocũdius liceat inhere re. Quãta queso in eiusmodi expectatiõe mora: quotiẽs fuerat repetẽdũ expecta: reexpecta: modicũ ibi: modicũ ibi: Modicũ in vno loco: & modicũ ĩ alio: modicũ ĩ horto: & modicũ in vestibulo: modicũq; in thalamo: donec tandẽ aliqñ post multã expectationem: & post multã fatigationẽ cubiculum introeat: & intimũ atq; secretissimũ locũ obtineat. Modicũ ĩ horto dũ tumultuantiũ turba digerit. Modicũ in vestibulo dum thalamus adornatur. Modicũ in thalamo dum lectul⁹ sternit: Et cogit dilect⁹ oib⁹ his locis expectare modicũ: & modicũ ibi: modicũ ibi. Ex hortulo dilectus audit: in vestibulo videtur: in thalamo osculat & in cubiculo amplexat. Auditur p memoriã: videt p itelligẽtiã: osculat p affectũ: amplexat p applausuz. Itẽ audit p recordationẽ: videt p admiratiõz: osculat p dilectionẽ: amplexat p delectationez. Vel si hoc melius placet: Audit dilectus p reuelationẽ: videt p cõtemplationẽ: osculat p deuotionẽ: amplexat p dulcedinis sue infusionẽ. Auditur p reuelationẽ donec voce eius paulatiz inualescente tota perstrepentiũ tumultuatio sopiat: solaq; ipa vox eius audiat: donec oĩs

illa tandem tumultuantiũ turba dispereat: solusq; dilectus cũ sola remaneat: ⁊ solũ sola ꝑ cõtemplationẽ aspiciat. Uidet̃ dilect⁹ per cõtemplationẽ donec ad insolite visiõis aspectũ pulchritudinisq; ei⁹ admirationẽ paulatĩ aĩa incalescat: magis magisq; inardescat: et tandẽ aliqñ tota incãdescat donec ad veram puritatẽ internãq; pulchritudinẽ tota reformet̃: ⁊ ille interne habitationis thalam⁹ purpura ⁊ bysso: hiacyntho coccoq; bistincto vndiq; ꝑornet̃: donec tandẽ aliqñ thalamo ornato ⁊ introducto dilecto fiducia iã inualescẽte desiderioq; ꝑurgẽte: cũ se vlteri⁹ iam cohibere nõ valeat: subito ĩ oscula ruat ⁊ imp̃ssis labijs intime deuotiõis oscula figat. Per deuotionẽ sepe et multiformiter dilectus deosculat̃: dũ interiz cubiculũ sternit̃: donec intim⁹ aĩe sin⁹ ad summã pacẽ ⁊ trãquillitatẽ componat̃: donec tandem dilecto inter vbera sua collocato ad ineffabilẽ quãdam diuine dulcedinis infusionẽ tota in illi⁹ desideriũ liq̃scat: ⁊ spũs ille qui dño adheret: vnus cũ eo spirit⁹ fiat. Puto qꝛ expta tãta dulcedĩe: ⁊ tã intima suauitate: d̃ cetero iã nõ possit aĩa illa dilecto pulsanti aliq̃s moras innectere: vl̃ vlla expectatiõe fatigare: nec vlterius ꝓ hac ꝑte dictura sit: expecta: reexpecta: p̃sertim cum sibijp̃i

oīs moza nimis longa: ꝛ expectatio videatur onerosa. Deinceps vt arbitroꝛ cū abraā pīarcha: siue etiā cū helia ꝓpha habitatiōis sue introitum libēter obseruabit: vt ad dilecti sui susceptionē semp sit pata. Sub hoc tpe vt arbitroꝛ illud opus nostrum ductile incipit nō mediocriter ꝓficere: ꝛ cōsūmationi appropinquare: eo ꝙ illi nr̄i cherubin incipiant alas suas iā latius extēdere ꝛ se se iā q̄si ad volatū oī hoza suspendere.

Oī sit pene impossibile cuiuis aīe pfecte seipam extra semetipam effundere: ꝛ supza semetipam ire. Ca. XVI

Ed q̄uis pata iam sit tūc tpis hmōi aīa aduenientē spōsum suscipe: nescio si ꝛ eque pata ꝛ expedita sit vocanti occurrere. Timeo ne adhuc pro hac pte dilecto suo sit dictura: expecta: ſexpecta: modicū ibi: modicū ibi. Puto em̄ nō esse eiusdē facilitatis suscipe venientē: ꝛ sequi vocantē. Aliud nāq; est cū ipso introire: atq; aliud est ad ipm exire. Ibi aīa ad seipam reuertit: ꝛ cū dilecto suo vsq; ad intima cordis sui penetralia ingredit: hic extra semetipam ducit: ꝛ ad sublimia cōtemplāda subleuat. Quid nāq; est eius in-

troire: nisi se totā intra semetipam colligere? Quid xo ē eius exire: nisi seipaz extra semetipam totā effundere? Nihil itaqꝫ aliud ē aiaz cum dilecto suo in cubiculū ingredi: ꝛ solam illā cū solo mozari: dulcedineqꝫ pfrui: nisi exterioꝛ omniū penitus obliuisci: ꝛ in eius dilectōne sūme ꝛ intime delectari. Se solā anima: cū dilecto videt: qñ exterioꝛ omniū oblita exꝑia cōsideratiōe in dilecti sui dilectionē desideriū suum purget: et ex his que in intimis suis cōsiderat: animū in eiusmodi sensū ꝛ affectum inflāmat: ꝛ tā ex bonoꝛ qꝫ ex maloꝛ suoꝛū cōsideratiōe in gratiarū actionē assurgit: ꝛ hinc ꝑ impēsa gratia: hinc ꝑ indulta venia intime deuotiōis victimas persoluit. Usqꝫ in intimū dilectus perducit: et in optimo collocat: quādo ex intimo affectu ꝛ supoīa ille diligit. Cogita quid sit qꝫ in hac vita tua ardentius dilexisti: anxius cōcupisti: quid te iocundius afficiebat ceteriscꝫ oīb⁹ ꝑfundi⁹ delectabat. Cōsidera ḡ si tandē affectionis violentiā delectatiōisqꝫ abundantiā sentis: quādo in sūmi dilectoris desideriū inardescis: qñ i ei⁹ dilectione requiescis: cū dubiū nō sit: qꝫ intimū illum affectionis tue sinum: necdum teneat si intime dilectionis aculeus animam tuam

in diuinis affectionibus minus penetrat: tepidius exagitat: q̄ in alienis affectiōib⁹ aliq̄n penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantā ꝓsus vel forte validiorem dilectiōis vel delectationis violentiā in intimis tuis circa diuina ꝓsperis: quā alias nūq̄ exp⁹ fueras: vide adhuc si forte aliud aliq̄d sit in quo delectari vel cōsolari possis: dilectus intimū cordis tui nō penetrauit. Certe q̄diu possumus ex aliena qualicūq; re cōsolationē vel iocūditatē cōcipere: nōdū audeo dicere dilectū intimū ardentissimi amoris sinū tenere. Satage: festina trahere eū adhuc ad interiora: et exteriora cordis tui penetralia euellere q̄cunq; es adhuc hmōi aīa. Quis. n. neget intimū illud cordis hūani penetrale: tales recess⁹ hīe seu etiā obtinere posse: i q̄b⁹ fūmi et singl'aris amoris violētia cū aliq̄d p affectū illi infixerit aliena oīno delectatōe auelli nō possit: Certe si alienā aliquā ꝓsolationē queris vl' recipis: deū tuū q̄uis fortassis fūme: nōduz tū singulariter diligis: Nōdum ergo ille in intimū introducit: ac nondū in optimo collocat. Si g̃ nō satagis introducere eū in intima tua: quō credā te velle vel posse sequi eū in intima sua: vel ad sublimia sua: Certū ergo signū tibi sit quecūq; es aīa q̄ dilectū tuū minus diligis:

vel ab ipso minus diligeris: si ad theoricos il
los excessus nondũ vocari: vel vocantẽ sequi
nõdũ meruerĩ. Quõ em̃ pfecte diligĩ vel dili-
gerĩ: si ĩ sũmoꝝ desiderio ad supna ñ rapis: ⁊ ĩ
anagogicos illos excessus mẽtĩ alienatiõe nõ
transis? Vis nosse: qꝛ sublimitas diuinaꝝ re-
uelationũ sit manifestũ diuine dilectõnis in-
diciuꝫ: audi q̃d ille in euãgelio discipulis suis
dicat: Jaꝫ nõ dicam vos seruos sed amicos:
quia omnia que audiui a patre meo nota fe-
ci vobis: Attẽde ⁊ illud: qꝛ ex magnitudine di
uine dilectiõis pendet modus diuine reuela-
tionis. Comedite inq̃t ille ⁊ bibite amici mei:
⁊ ĩebriamini charissimi. Ecce q̃ amici ⁊ chari
sunt comedũt: qui v̄ro charissimi sunt bibunt:
ĩmo nõ solũ charissimi potanť: ꝫ ⁊ inebrianť.
Certe qui comedũt: dum sumptũ cibũ masti-
cant nõ sine mora vel qualicũqꝫ labore illud ĩ
q̃ delectanť traijciũt in ventrẽ: Qui v̄ro bibũt
cũ summa facilitate vel velocitate illud qd̃ su-
mũt in ventrẽ traducũt. Nũquid ḡ nõ illi vi-
denť tibi comedere qui cũ multo studio ⁊ lõ-
ga meditatiõe vix pñt ad veritatis delitias p-
tingere? Bibũt aũt quodãmõ qui ex diuinis
reuelatiõibus sũma cũ facilitate ⁊ iocũditate
hauriũt qd̃ de intima veritatis suauitate ar-
dẽter cõcupiscũt. Chari ḡ comedũt: sed cha-

rissimi bibūt: qz fm mensurā dilectiōis dispē/sat ꝛ modus manifestatiōis. Ebrietas autem mentis alienationē efficit: ꝛ supne quidē reue latiōis infusio eos dūtaxat qui charissimi sūt in mētis excessus abducit. Talē ꝓpheta ebrie tatē designare voluit cuz dixit: Inebriabunt ab vbertate domus tue ꝛ torrēte voluptatis tue potabis eos. Si ergo cōcupiscimus hac ebrietate madere: ꝛ hos mentis theoricos ex cessus frequētare: satagamus tōtū nostrū inti me amare ꝛ summe diligere: ꝛ omī hora in di uine cōtemplatiōis letitiā summo cū deside/rio anhelare: ꝛ hoc erit nostros cherubin alas expansas habere. Ecce iam quāto labore su dauimus: ecce q̄z multa in idipm circūlocuti/one vsi sumus vt cherubin nr̄i alas suas suffi cient expanderent: ꝛ ꝓpitiatorio nostro quale oportet vmbraculū ostenderēt.

De his que specialiter ptinent ad quintū gen⁹ ctēplatiōis. Ca. XVII.

Restat nūc ꝛ illud q̄rere: cur se debeāt dicti cherubin mutuo respicere: ꝛ in respiciēdo vultū ī ꝓpitiatoriū ītere. Respiciāt se inqt mutuo versis vultib⁹ in ꝓpi

tiatorium. Diximus aũt supius: qz ad primũ cherubin ptinent ea q̃ sunt supza rõnem: nec tamẽ ꝓter rõnem. Ad secũdũ aũt cherubi ea que sunt supza rõnem: z videnť esse ꝓter rationẽ. Scõm hanc itaqꝫ distinctionẽ videte ne forte ad primũ cherubin specialiter ptineant ea que considerank circa diuine illi⁹ summe z simplicis essentie vnitatẽ. Ad secũdũ aũt cherubin ptineãt ea que cõsiderank circa psonaꝝ trinitatẽ. Q̃ multa eñ sunt q̃ de personaꝝ trinitate credunť: asserunť z scripturaꝝ auctoritate ꝓbanť: que oĩno videnť nature repugnare: z omi hũane rõni ptraire. Recte itaqꝫ oĩa eiusmodi ad secũdũ cherubin videnť ptinere in quo illa que hũane rõni repugnant in contẽplatõez adducunť. Que aũt circa diuinitatis vnitatẽ cõsiderank in vna z simplici natura videamus q̃ sint hũane intelligẽtie modũ excedentia: cũ tñ nihilomin⁹ sint rõni cõsentanea: et idcirco maxie ad primũ cherubin: ꝺ est ad quintũ cõtemplatõnis gen⁹ ptinentia. Certe ꝑncipale illud et summũ oĩm credim⁹ vere simplex z summe vnũ: z in illo vno z simplici bono esse oĩe bonũ. Quãtũ ad essentiã nihil illo simplicius: q̃tum ꝟo ad efficaciam nihil illo multiplicius. Q̃tum ad essentiã q̃d illo simplicius quod vere z summe vnum est:

Quātū ꝟo ad efficaciā q̇d illo multiplici⁹: qꝛ ꝟe ⁊ absq; vlla dubitatione oīa pōt. Uide q̄ꝫ sit difficile hūana rōne cōprehēdere om̄e qd̄ est: ⁊ tūc intelliges q̄ꝫ sit incōprehēsibile illd̄ bonū in quo est om̄e bonū. Supra rōnem est cōprehēdere quō illud bonū vere simplex et sūme vnū omne bonū sit. Uerūtamē huic assertioni hūana ratio facile acq̇escit: ⁊ sua attestatiōe alludit: cōsiderās ⁊ affirmās ⁊ veracit̄ cōtestans: qꝛ plenū ⁊ ꝑfectū ⁊ oīno sufficiens non esset in illo summo ⁊ sempiterno bono si boni aliq̇d deesset. Quō ḡ comprehendi pōt qd̄ īmensū ⁊ infinitū est? Magnus inq̇t dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis. Sꝫ q̇s sensus pōt capere: que ratio comprehēdere: quō possit deus vtrūq; esse ⁊ simplex ⁊ īmensus: ⁊ vere simplex si est īmensus: ⁊ summe vnus si est infinitus. Et tn̄ ratio cū rōcinatiōe attestat̄: qꝛ illd̄ vere simplex ē: qd̄ veraciter cōpositū nō est: qꝛ om̄e qd̄ cōpositū est naturaliter diuidi pōt: ⁊ qd̄ naturalit̄ est diuisibile: ꝟm aliq̇d est ⁊ cōmutabile. Cōsentit ergo ratio vere simplex esse qd̄ oportet incōmutabile esse: qd̄ cōstat optimū ⁊ sūmū oīm esse. Apud quē inq̇t apl'us: nō est cōmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Si ergo bonū est incōmutabile esse bonū: ⁊ eque bo-

num erit simplex esse: Cōsequēs ḡ est: qz sum me simplex est qō summe bonū est. Si ḡ illo nihil simplicī⁹: nihil est illo subtilius: z q̄ nihil subtilius: nihil illo ꝓfundius: z ꝓfundissimo nihil est inscrutabili⁹: z cōsequēter nihil incō/ꝓhensibilius. Videam⁹ adhuc q̄d ex mutua collatōe ꝓueniat simplicitatis z īmensitatis: vnitatis z vniuersitatis. Si oīe bonū ibi est z quicq̄d ibi est sūme bonū est: ergo sūma po/tentia: ergo sūma sapiētia: summa bonitas: z summa felicitas. Ubi ꝙo sūma simplicitas ē totū qō est vnū idēq̄ ipm ē. Unū itaq̄ idēq̄ est ei esse: viuere z intelligere z posse: bonū et beatū esse. Et vide q̄ hoc est incōꝓhēsibile. Non est ergo aliūde potens: aliūde sapiens: aliūde bonus: aliunde beatus. Cogita ḡ q̄ sit illa potētia cui ē idē facere qō fieri velle. Attē de que sit illa sapiētia cui idē est posse z scire. Pensa q̄ sit illa bonitas cui quicq̄d placet eo ipō ꝛcet quo placet: cui quicq̄d displicet eo ipō indecēs est quo displicet. Considera q̄ sit illa vita cui idem est esse qō beatū esse. Itē et illud attēde: qz si vere oīpotēs est: z oīa vbiq̄ pōt. Potētialit ḡ vbiq̄ ē: z vbi loc⁹ est: z vbi locus nō est. Si ꝙo potētialiter z essentialit: qz nō est alia eius potētia: z alia eius essentia. Essentialiter ergo est intra oīa: extra oīa z sup

oīa: ⁊ infra oīa. Si ītra oīa: nihil illo secreti⁹. Si extra oīa: nihil illo remoti⁹. Si infra oīa: nihil illo occulti⁹. Si sup oīa: nihil illo sublimius. Quid ergo illo incōprehensibili⁹ quo nihil secreti⁹: nihil remotius: nihil occultius: nihil sublimius? Item si in omni loco deus ē: nihil illo p̄sentius. Si extra omnē locū est: nihil illo absenti⁹: Sz nūquid eoip̄o absenti⁹ q̄ oīb⁹ p̄senti⁹: ⁊ eoip̄o p̄senti⁹ q̄ oīb⁹ absenti⁹: cui aliūde ⁊ aliūde nō est esse om̄e qd̄ ē? Sz si absentissimo nihil ē p̄senti⁹: si p̄sentissimo nihil ē absenti⁹: q̄d illo mirabili⁹: q̄d illo īcōprehensibilius? Itē si nō est aliud ei⁹ potestas: ⁊ aliud eius felicitas: vbicūq; est eius potestas summa: ibi ⁊ summa ē felicitas. Sūma ergo felicitas vbiq; est: quō ḡ vel ī inferno loc⁹ sūme miserie esse pōt: vel pōt quisq̄ miser esse cū sūma felicitas nusq̄ p̄t abesse: nūq̄ deesse? Hec oīa mira ⁊ ṽe incōprehēsibila sūt. Multa īmo pene īfinita circa diuinitatē vnitatē: ⁊ circa vnitatis cōsiderationē rō approbat: cuz tamē illa nō cōprehēdat. Eiusmodi itaq; oīa sup̄ rōnem sunt: ⁊ eoip̄o s̄m supius dictā determinationē ad p̄imū cherubin se veraciter ꝑtinere ostendūt.

De his que specialiter ꝑtinent ad

sextũ genus ꝯtẽplatiõis. Ca. XVIII.

c Irca ꝑsonarũ aũt trinitatem trinitatisq; speculationẽ q̃ multa firmiter credunt̃: veracit̃ asserunt̃: que tñ non solum supra rõnem: sed etiã cõtra rõnem esse vident̃. Credimus vnũ deũ patrẽ ⁊ filiũ ⁊ spiritũsanctũ: Patrẽ a nullo: filiũ a patre solo: ⁊ spm̃sanctũ a patre ⁊ filio: Patrẽ generãdo: filium nascendo: ⁊ spm̃sanctũ ꝓcedendo. Credimus itaq; vnũ eundẽq; in ꝑsonis trinũ: et ĩ substãtia vnũ. Unde alius est pater: alius est filius: ⁊ ali⁹ ẽ spũssanct⁹: Nec tñ aliud est pr̃ q̃ filius: nec aliud est pr̃ vel filius q̃ amborũ spũs. Nã alia est ꝑsona patris: alia filij: alia spũssancti: cum sit omnibus vna substantia: eadẽ essentia ⁊ sola natura. Hec oĩa credim⁹: hec oĩa ꝓfitemur: ⁊ cõstat veraciter sic esse: ⁊ tamẽ in his omnib⁹ si iuxta hũanã estimationẽ pensent̃: videt̃ hũana rõ fortiter repugnare. Si pater ẽ ingenit⁹: filius genit⁹: est ne g̊ sub̃a pr̃is ingenita: et filij genita? Et cũ vtriusq; sit vna eadẽq; sub̃a: erit ipsa genita ⁊ ingenita: hoc est genita ⁊ non genita. Nũquid eadẽ ip̃a gignit seip̃az: ⁊ gignit̃ a seip̃a? nũq̇d g̊ eadẽ ip̃a gignit̃ ⁊ ñ gignit̃: nascit̃ ⁊ ñ nascit̃? Si filiũ nasci dicim⁹: q̇d d̊ ei⁹ natiuitate dicemus? Nũquid eius natiuitas eterna nõ erit

apud quē nō est transmutatio nec vicissitudi/
nis obumbratio: Si eius natiuitas aliqñ nō
fuit: quō patri coetern⁹ vl' coequalis fuit: Et
si ill⁹ natiuitas aliqñ nō erit: quō illa natura
incōmutabilis erit: in qua aliqd trāsit: Si sp
fuit: quō ab alio eē accepit: qui nunq̄ esse in/
cepit: sine quo pater nunq̄ eē potuit: Et quō
eius natiuitas pfecta ē si adhuc futura ē: An
forte iterat̄ semp vt possit eē semp: Nūquid
ḡ nō vna ⁊ multiplex ⁊ infinita erit: quā in in/
finitū iterare oportebit: Quicqd ꝙo de filij
natiuitate diximus: vide ne forte ⁊ circa spūs
sancti pcessionē eadē ratiocinatiōe q̄rere pos/
simus. Ecce ⁊ ista si iuxta hūanā estimationē
pensent: hūane rationi repugnare videt. Si
spūssanct⁹ cū patre eiusdem est potentie: nū/
quid ⁊ ipe pōt q̄cqd pr̄ pōt: Nunquid ḡ talē
filiū qualē pater gignere pōt: An forte filiuz
gignere potētia nō est: ⁊ talem filiū qui omi/
potēs est: An forte nō vult cū possit: Quō ḡ
eandē cū pre volūtat̄ similitudinē silitudinisq̄
plenitudinē possidebit: Multa i hūc modū ⁊
pene īnumera circa psonaꝝ trinitatē iuenies:
q̄ hūane rōni nō solū incōprehēsibilia ⁊ etiaz
dissona repies. Multa inq̄ eiusmodi iuenies
circa psonaꝝ trinitatē. Multa etiā eiusmodi i
ꝙbi icarnatōe circa subaꝝ vnionē. Quid q̄so

ē etiā q̄ hūanitas ⁊ diuinitas vnite sūt: vt vna
ꝑsona eē possint: Nūq̄d aliq̄d qd̄ hoīs ē: aut
aliq̄d qd̄ dei est: vel aliq̄d qd̄ vtriusq; ē: Sz si
vtriusq; nō ē: quō in eo vniri pñt qd̄ ab alter-
utro alienū ē: Si aliq̄d qd̄ homīs ē: ḡ creatu-
ra est. Si aliq̄d qd̄ dei est: ergo supra creatu-
ram est: ⁊ iā creatura nō est. Si aliq̄d qd̄ dei ⁊
hominis est: ergo ipse deus ⁊ homo est: nun-
q̄d idip̄m vtrūq; erit: ⁊ vtrūq; nō erit: creatu-
ra scz ⁊ nō creatura: Sed questio ista valde ē
inusitata: ⁊ hucusq; vt arbitror nō est mota: ⁊
idcirco recti⁹ ē supprimēda. Sz de aīa xp̄i q̄d
dicimus: quam omnis gratie plenitudinē ac-
cepisse negare nō audem⁹. Nā quicq̄d pater
habet ex natura: ip̄a xp̄i aīa habet ex gr̄a: qr
ī ip̄a inhītat oīs plenitudo diuinitatis corpa-
lit̄. Si accepit aīa xp̄i omnē plenitudinē gr̄e:
ergo ⁊ plenitudinē sapiētie: ⁊ plenitudinē po-
tentie. Si ḡ equalē accepit sapientiā: equalē
potētiā habet cū patre: qd̄ negari nō potest:
Nūq̄d ⁊ p̄ri equalis erit: et creatura creatori
coeq̄ri potuerit: qd̄ oīno fatēdū nō est. Sz si
equalē sapientiā ⁊ equalē potentiā aīa christi
accepit absq; dubio habet: quō ei coequari n̄
valet: Sed q̄d hoc de aīa xp̄i dicim⁹: qn̄ cir-
ca corpus eius iuxta fidei assertionem multa
credim⁹ atq; tenemus: que hūana rō impu-

